Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Elias Mascov

Serenissimus Ac Potentissimus Fridericus Magnus Rex Prussiæ Elector Brandenburgi Omnibus Omnia Unus : Cui Discursum Panegyricum D. XIIX. Aug. A. MDCCLI. Prussis Et Brandenburgicis Insimul Amore, More, Ore, Re Feliciter Acclamantibus Submissima Animi Devotione D. D. D.

Hamburgi: Literis Jo. Georgii Piscatoris Et Filii, [1751]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Gebäude
42.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0001
DFG

Re 644 (42)

229

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0002
DFG

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn884344290/phys_0004
DFG

Q. D. B. V.

SERENISSIMUS
AC
POTENTISSIMUS

FRIDERICUS MAGNUS

REX PRUSSIÆ
ELECTOR BRANDENBURGI

OMNIBUS OMNIA UNUS

CUI

DISCURSUM PANEGYRICUM

D. XIIX. AUG. A. MDCCLI.

PRUSSIS ET BRANDENBURGICIS

INSIMUL

AMORE, MORE, ORE, RE

FELICITER

ACCLAMANTIBUS

SUBMISSIMA ANIMI DEVOTIONE

D. D. D.

ELIAS MASCOV

JUR. UTR. DOCTOR.

HAMBURGI

LITERIS JO. GEORGII PISCATORIS ET FILII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0005
DFG

VIVAT

FRIDERICH der Große!

So ruft ein starkes Heer dem Großen Sieger zu,
Preuß Fried-reich hat die Ehr zu jauchzen bey der Ruh:
Es lebe FRIDERICH der Große!
Der Große Held zu Feld, den Feind als Freund beliebt,
Und Dem die freye Welt den Wunsch zu eigen giebt:
Es lebe FRIDERICH der Große!



PROŒMIUM.



§. I.

En! Friderici Magni, *Regis Prussiæ, Electoris Brandenburgi,* Animi juxta ac Corporis Dotes, quomodo quantum votis expetere licet per omnem vitam omnino omni, quicquid Gentium Orbis Christianus continet, recipiant ac promittant; præprimis ubi vegetæ ætatis flore Friderici M. natura spesque nullum fefellit, quippe in Ipso *Prussiæ* Decus, Præsidium ac Virtus, quæ ad Maturitatem perducta institutione, Exercitatione perfecta coronatam pubertatem maturavit maturatorum annorum paucitatem rerum gestarum magnitudine & numero numerat, nullum

sane unquam fallit, neque fallet Regiminis *Fridericiani* æternitas, quæ cum victoriarum Hæreditate FRIDERICORUM infecta virtuti FRIDERICI M. tradidit conficienda, quid? quod in tantum confecta.

§. II.

Quis vero dicam scribat Symbolo Heroico indicanti natale FRIDERICI M. Astrum Leonem, cujus (si quadrupedum) Regem intelligas, naturali fervori (si Zodiaci signum) solari Ardori Lemma *Virgilianum*:

Igneus est Illi Vigor,

Votis *Prussorum* concessus die hoc, cujus factis ac fatis modum fati severa lex & terminos nescit præfigere vel famæ vel ipsis victoriarum atque beneficiorum fructibus, quibus præsens ætas gaudet, futura gaudebit, ubi sic securitas cubo insidet ob firmitatem Caput in sinistrum brachium Scuto fulcitum reclinans & genu ferens impositum pulvinari Diadema Regni, adstante Libertate, quæ Magnanimitati affinis, quicquid in virtute eminet consequi jubet *Jo. Conr. Dürrius* [1] hastam tenet antiquo Libertatis pileo tectam ad pedes jacentibus Concordiæ Fascibus.

[1] In Ethica Paradigmatica, Part. III. Sect. II. Cap. V. Aphor. I.

§. III.

Quid ita Gloriæ Prussorum FRIDERICI M. Regis, cui Regnum servatam Majestatem, Justitiam, Religionem intemeratas Finium Securitatem & Armorum Gloriam auctas nunquam non in acceptis feret; quid Pietati Augusti Patris Patriæ, qui Provinciis Salutem firmatam, Sociis justum tutamentum, Prussiæ Libertatem munitam omnibus publica ac privata gaudia, præsentibus

tibus perfectis futuris Exemplum Sibi Laudes perennes, nullius unquam Civium odium, quod Tyrannos manet, de quo *Scipio Gentilis* [1] paravit, Cujus Regni Spatium non annis, sed Triumphis metitur. Id quod testatur Prudentia usitato agnoscenda speculo Sceptrum gerens dextra, insidens Libris, adstante Providentia cum hasta & Globo FRIDERICI M. Ingenium perspicacissimum doctrina excultum significantibus.

[1] Tract. de Conjurat. Lib. II. p. 290.

§. IV.

Testatur Providentia FRIDERICI M. quæ media inter arma pacis otia facit, acerrimi Ingenii celeritate supra Ministrorum cogitata, supra Legatorum Expectationem futura prævidet ceu præsentia, præsentibus prævenit ceu futuris, præteritis adversis nunquam non remedio subvenit; ut ita sit Sapientissimus FRIDERICUS M. cui quod opus est Ipsi veniat in mentem & proxime accedant, qui Ejus bene inventis obtemperent Suasore *M. T. Cicerone*, [1] & ita Imperans suo auspicio & vigore Potestatis Summæ rem gerat variaque per genera administrationis in pace, in bello, in sacris, in civilibus obsequii gloria fruatur, ceu de Excelsis Ingeniis, quæ Deus per Populos, quibus florentia tempora destinavit, dispensat & quorum ope magnis Regnis magna accedunt incrementa gloriatur *Ulr. Obrechtus.* [2] Testatur Felicitas FRIDERICI M. quæ Prudentiæ & Virtutis perpetua Comes, nunquam Dux tantum peperit Militibus fiduciæ, quantum hostibus timoris, quantum Civibus amoris, adeo ut vel sola Nominis Reverentia quemvis ad officium observandum commoveat pro Sapientia Regia, teste *Aug. Buchnero*, [3] und bey so vernünftigem Regiment wie von Seinen Unterthanen mehr geliebet, von den Nachbaren mehr gefürchtet, ebenermaßen von Beyden, ja von der ganzen Welt, Seiner Königlichen Tugenden wegen, hochgeschätzet wird, uti loquitur **der Hamburgische Patriot.** [4] Testatur Justitia

Tropheis insidens Sinistra Librum, Dextra Gladium Regni gestans, cujus Fructus Abundantia, ipsum Cornu Amaltheæ.

[1] Orat. pro Cluent. Cap. 31. [2] Dissert. III. J. H. Bœcleri Notit. S. R. I. præmissa, §. 3. [3] Epistolarum Part. III. Epist. 55. [4] Im Jahre 1724. Num. 12.

§. V.

Testatur ipsa Virtus & Bonitas FRIDERICI M. qui votis Prussiæ inter nascentis hostilis ambitionis incrementa datus Vindex Regno vix admotus Spei Diadema nisi laureato Capite gerere noluit, editis plus simplici vice Virtutis Speciminibus, ut Prussia Eum Victorem pariter ac Regem salutet, Regnum ita pro Justitiæ & Pietatis, qua Principes Dii fiunt, judice *Aug. Buchnero*, [1] Sanctitate auspicantem, cui divinitus datum aliorum pertinaciter obsequentem fortunam sistere & majores ulcisci vel ita ut robur ac fortitudinem armorum Clementiæ Laudibus temperanti tanto majus ac excellentius sit, quanto divinius nocere nolle, cum possit & ad supremi Numinis rationem propius accedit, quod dicente *Aug. Buchnero* [2] nulla alia magis re ad Cultum & Reverentiam Majestatis Suæ obstringit orbem, quam si ipsum, quod optimum & indulgentissimum est, non omnia pro Magnitudine & Potentia sua agit: Quæ talia ipsam artem administrandi Imperii pace belloque probant eo perfectiorem, quo satius ad partes artis, quas *Hugo Grotius* [3] exhibet & per se & per alios Jus suum expedit munusque augendæ Reipublicæ divinitus Sibi collatum exercet.

[1] l. c. Part. II. Epist. 18. [2] l. c. Part. I. Epist. 169. [3] Tract. de Jure B. & P. Lib. III. Cap. 6.

§. VI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0010
DFG

§. VI.

Testatur id ipsa Clementia FRIDERICI M. quem utut Serenissimæ Genti Prussicæ innatam, Sibi tamen propriam vindicavit Optimus Rex benigne excipiens supplices una tenens Torquem cum insigni Aquilæ nigræ, altera Symbolum Liberalitatis, Tesseram frumentariam; qua Clementiæ Bonitate & Felicitate uti FRIDERICUS M. nil sublimius præter magnum Suum Animum invenit; ita solam benefaciendi facultatem huic parem, reliqua potentia Superiorem habet. Id quod causæ, cur nisi beneficiorum expers Dies i. e. nullus perdatur, quippe FRIDERICUS cum FRIDERICO, teste *Jo. Conr. Dürrio*, [1] Beneficia, ne coacta videantur haut differt Liberalitate approbante, maxime cum FRIDERICUS Magnificentiæ Pompam ponat non nisi in Largitionibus, ut MAGNUM non tam videat Populus, quam sentiat, imo ut etiam videat, quoties haut demissa Majestate incredibilis Affabilitas tot linguis diserte loquens ad supplices se demittat, vel Ipso serena fronte eloquente silentio sublevet.

[1] l. c. Part. III. Sect. II. Cap. III. Aphor. 2. §. 2.

§. VII.

Vivit ita FRIDERICUS M. in oculis hominum Splendorem obtinens, dum Ejus Virtus in omnibus Europæ Partibus enitet, dicente *Reinhardo Goclenio*, [1] zu mahlen, Illo Judice, alle höchst ausnehmende Gemüths-Gaben Einen **Friderich** (Regem Pr. & Electorem Br.) über alle äusserliche Vorzüge des Glücks so erheben, daß eine seltene Staats-Klugheit die sonderbarsten Lobes-Erhebungen Eines **Großen** bestens unterscheidet, und das so ehe, als die völligste und allerfürtreflichste Abbildung des **Großen Friderichs** Höchsten Gnade gegen Geringere so groß, als die Leutseligkeit gegen die Seines gleichen. Daher fast nicht weiß, ob mehr die Fähigkeit Großen und Hohen Verstandes, oder den **Großmuth** des Tugend- und Tapferkeit-liebenden

Herzens

Herzens bewundere? weil solche Höchste Eigenschaften viel ehe wollen gepriesen werden, als wichtiger die Ursachen, Eines **Großen** Gnade sich zu rühmen. Sic Ipse Judex suus, si quis Eum laudat, plus alii de Se, quam Sibi Ipsi credere nolens i. e. Sapientissimus, qui contra *Plinium* [2] inter mortales omnibus horis sapit vel ita, ut teste *Plauto Persa* [3] sat sit dictum & in Sanctitate Imperii & vigore Regiminis & Excellentia virtutis Sapientipotentis teste *Jo. Lüd. Wincklero.* [4]

1 Oper. Juridic. I. 21. 17. Cap. IV. de eo, quod audimus, seq. 2 Lib. 7. Cap. 40. 3 Act. 4. Sc. 7. v. 19. 4 Disput. de Præcedentia Liberar. Civitat. S. R. I. præ Nobilitate Immediata, Sect. II. §. 3.

SECTIO



OCULUS IRRETORTUS, CORONA IRRETORTA, SCEPTRUM IRRETORTUM.

SECTIO PRIMA.

FRIDERICUS M.

OMNIBUS OMNIA UNUS IN REGNO.

§. I.

In Solis jacet Disco Regis Imperium melius ratione & utilitate Regni formari, præprimis cum omnium Primus *Romulus*, quo nihil ardentius, invadat Regnum; *Numa*, quo nihil religiosius ferocem populum Deorum metu mitiget; *Tullus* militiæ Artifex, quo nihil perfectius bellatoribus viris acuat ratione virtutem; *Ancus* ædificator, quo nihil curiosius, urbem colonia extendat, ponte jungat,

gat, muro tueatur; *Tarquinius*, quo nihil pulchrius, ornamentis & Insingniis Principi Populo addat ex ipso habitu Dignitatem; *Servius*, quo nihil prudentius ex censu acto efficiat, ut Respublica seu Regnum se noscat; *Superbus Ille*, quo nihil magnificentius, importuna Dominatione plurimum profit Prussis originarie Sui Juris semper existentibus nec Polonorum Regno nec Imperio vel per modum feudi vel per relationem in Circulorum numerum obnoxiis [1] Populumque forte injuriis agitatum cupiditate Libertatis incendat FRIDERICUS M. nomine & omine omnibus omnia Rex Exlex, teste *Valent.* Velthem, [2] Aquila interim Solem Justitiæ & togatæ & sagatæ teste *Georg. Schönbornero* [3] irretorto oculo contuente cum Populus sublimi feriat sidera vertice.

[1] Prussiæ Status Provinciales ordini Tentonico valedicentes uti Anno 1454 ad *Casimirum IV.* Regem Poloniæ sponte sua & liberrimo Judicio se convertebant, ceu videre est in dem Abfall der Preussen von den Creuz-Herren, in der Polnischen Bibliothek, Part. IX. parte in fide Polonorum manente, parte ordini Teutonico sub conditione Feudi relicta, quare mox Bellum, mox nova Pax Regem *Sigismundum* inter & *Albertum Marchionem* Anno 1525 oriebatur; ita hac ipsa pace convenit, ut Pars Prussiæ sub Rege Poloniæ maneret, reliquam *Alberto* in feudum hæreditarium titulo Ducatus Prussiæ a Rege accipiente. Anno 1611 vero cum Ducatu Prussiæ potiretur *Johannes Sigismundus* Elector Brandenburgicus simultanea Investitura Germanis concedebatur. Postea *Fridericus Wilhelmus* supremum in Ducatu Jus vi Pacti Velavienses Anno 1657 a Polonis obtinebat. Tandem cum Anno 1701 Regium nomen sibi assereret *Fridericus I.* Hunc *Leopoldus* Imperator pro Rege agnovit, de quibus *Lambertus Schafnaburgenses* Tom. I. pag. 381. seq. ubi Literas Gratulatorias *Leopoldi* Imperatoris videre licet. Nequicquam licet contradicente tam ordine Teutonico in Gravamine Anno 1702 in Comitiis exhibito, id quod refutabat *Petr.* von Hohenhard in Tract. vertheidigtes Preussen; quam *Clemente XI.* Papa R. per literas ad Principes Catholicos datas. [2] Diss. Princeps Exlex ex Politicis Principiis assertus, Sect. IV. [3] Politicorum Lib. V. Cap. IV. §. 3.

§. II.

§. II.

Quemadmodum itaque Regnum Prussiæ ad Regna Europæ hæreditaria spectat & quidem intuitu Supremi Dominii teste *Jo. Jac. Moser*; [1] ita *Fridericus I.* als dieser sich Anno 1701 Selbst zum König in Preussen erklärete und es dem Kayser notificirte, quæ & insequentia verba *Jo. Jac. Moseri* [2] sunt, schrieben Beyde einander gleich bald zu: "Bruder,„ die Worte des Kayſers sind notabel und lauten also: "Wir haben das von Ewr. Liebden an Uns, als Einen gu- "ten Freund, Oheim und Bruder ergangene Notifications-Schreiben "erhalten &c. Hernach = = = Wir gratuliren demnach Ewr. Liebden "wegen dieser Hohen und Ansehnlichen Würde, als Dero guter Freund, "Oheim und Bruder &c.

[1] Opusculorum Academicorum Disput. IX. Sect. I. §. II. & X. [2] l. c. Programmat. III. §. 3.

§. III.

Quis autem FRIDERICI M. Singularem Industriam, Gravitatem Fidemque exploratam in administratione Justitiæ utriusque non glorietur, quippe non aliter judicet pro Sapientia ac luce Dignitatis, quam Ipse Glorioſissimus Imperator Autore *Joach. Ern. Crüger*, [1] ubi vel ita Justitia stabilitur Principatus in se & in aliis firmiter Jus æquitatemque servando Suasore *Justo Lipsio*, [2] ut nec opulenti aliquid injustum patiantur, nec Plebs contumeliam accipiat, quin potius *Trajanum* Justitiæ Juris humani divinique cum Repertorem novi, tum inveterati Custodem perpetua Nominis Celebritate mactet, *Aristidem* evehat FRIDERICUS M. Imperium ad summum transvehat apicem Saturnino quidem Seculo, sicubi ad Amussim Justitiæ vivitur, quod exteri inviti bonum non tam de magnis fructibus, quam juste regnante existimant, maxime cum Honestorum operatio Magnitudini Imperii ac Potestati Sanctarum Virtutum præstatione respondeat exactius.

[1] Discurs. de novem Virorum Juribus, Part. Spec. Membr. II. Discurs. XVI. §. 2. [2] Lib. II. Politic. Cap. X.

§. IV.

Quæ operatio Poteſtatis eo melius Virtutum præſtationi in adminiſtranda Juſtitia ſuccurrit, quo notitia rerum eventuumque & Judicium in iis eſt rectius videlicet intelligendo & deligendo res, quæ publice privatimque fugiendæ aut appetendæ inſimul diſpiciendo, quæ ſibi quæ aliis conducant ſatius, vel adeo, ut ne *Adam Conzen* [1] quidem quid deſideret. Cujus ergo FRIDERICUS M. præterita recordatur, futura providet, præſentia ordinat, id quod perfectum bonum mentis humanæ, quo ipſo uti Juſtitia dominetur æquitati; ita æquitas famuletur prudentiæ. Hæc autem licet aliquando cum *L. Sylla* apud *Salluſtii Jugurtham* ad ſimulanda negotia altitudinem ſtatuit incredibilem; cum *Cæſare* & cum *Tiberio* hoc artificio omnes alios ſupergreſſo aliud dicit, aliud intelligit: tamen certe juſtitia & æquitas tantum abeſt ut *Ottonis* falſas virtutes & vera vitia reditura, de quibus *Tacitus* [2] approbet, ut potius ſi quis ſibi non plane temperet a maleficio, ſaltem ne modum excedat, caveat.

[1] Conf. Ejus Tract. *Daniel*, ſ. de Statu, Vita, Virtute Aulicorum & Magnatum. [2] I. Hiſtor. §. 18.

§. V.

Quo citius nunc quivis Parentium ſit Studioſus Imperantis, Hic Studioſiſſimus ipſorum ipſa pietate & vitæ integritate omnimoda Legislator Legi, ſub cujus ambitum veteres plerasque partes adminiſtrandi Imperii referebant, autoritatem addit *Suum Cuique*, de quo *Chriſt. Thomaſius* [1] tribuendo, ut ne quidam quidem dubitet, utrum lex Legislatori divinitus inſpirata, quemadmodum antiqui fruſtra optabant; quin potius *Minos* ille a *Jove Cretenſibus* Leges afferens referente *Nicol. Damaſceno* [2] & *Joh. Typotio* [3] nihil deſideret, præprimis cum allati: *Suum Cuique* prius Jus perſonarum vel jus Dominii, vel obligationis ad quen-

quendam expleat; posterius vero vel Deo vel homini sive Imperanti sive parenti sive æquali faciat satis.

1 Disput. de Symbolo Seren. ac Potent. Elect. Brandenb. *Suum Cuique*, Thes. II. & III. 2 Tract. de Moribus Gent. 3 Lib. I. de Fortuna, num. 79.

§. VI.

Qua Sincera Justitiæ Facie de Imperantis Quinto Evangelio parentium hic nullus conqueritur; nullum Sophisma politicum hic attenditur, quippe Rex Sapientissimus Sapientiores & Sapientes eligit Consiliarios eosque eminentes, haut mediocres sectantes virtutes; Justitiæ Studia callidissime fovendo ad eluendam fusi Sanguinis invidiam Ministrorum Sanguinem fundit eo minus, quo magis Solum FRIDERICUM Solem Lectissima Consiliariorum coronant lumina, dum mitissima Populis dispensat jura, ceu de Sereniss. Principe *Ferdinando Carolo* Gonzagæ prædicat *Bernardinus Gallus* [1] auri, pecuniæ, opum, quod Principibus aliis maxime infensa, Decus & usum non demit; Illustriores Familias tantum abest, ut opprimat, ut potius alius excellat amicorum, alius opum copia. Neque Speculatores & auricularios ita Illustrioribus viris apponat, qui Ipsorum dicta & facta referant; multo minus metu mali non tam imminentis, quam quod alii futurum suspicantur, innocentes interficere permittat *Justus*, in fœderibus ineundis eo passu justam causam, quo felicitatem & potentiam alterutrius Partis spectando in tantum attendens, utrum alius semper potiori parti accedat, cum dimicantes sint dispares; pares si sint, an alius meliori sublatis haut urbium Privilegiis & immunitatibus subditis. Quo ipso Ipsa Sanctitas FRIDERICI M. præter clarissimas Suas Virtutes ad Regiminis apicem evecta horum oculos omnium & animos ad se convertit vel adeo, ut nullus, quos in *Tantum Regem* semper habuit, alio vertere possit, quippe quisque satius humillime

 manus

manus FRIDERICI M. Sanctitatis, quam *Petrus Pacionus* [2] *Innocentii* XI. P. R. pedes deoſculetur.

[1] In Epiſtola Dedicat. Tract. de Fructibus præmiſſa. [2] Tract. de Locatione Conductione Dedicatio.

§. VII.

Quis ita non glorietur Juſtitiam FRIDERICI M. optimi, cum alii alium non plane bonum, non omnino malum, ſed ſemibonum & ſemimalum ad mentem *Ariſtotelis* venerentur. Perfecte eapropter Juſtitiæ fidas, quippe in Aula ſint amici, nec rebelles de fide non ſervata querentes, tantum abeſt ut multis FRIDERICI M. humanitatis beneficiis affecti, pluribus cumulati, quamplurimis devincti dicente *Joſepho Urceolo* [1] ob eam Juridicum dolum *Baſilii*: fraude ut Regna evertantur, ita quoque eadem ſervare eſſe licitum, curent, ut potius monſtra injuſta abs *P. Ærodio* & *Juſto Lipſio* aliisque plenis buccis inculcata *Juſtus* cum *Ignatio Hanniele* JCto averſetur eo citius vitam Civitatum & Regnorum publicam, cujus forma ex Regiminis Specie æſtimatur omnibus in omni Actuum & negotiorum civilium habitu ſcrutando ſemper reſpiciens Suaſore *Tacito* [2] & *J. H. Bæclero* [3] inſimul in mores Civium acrem & vigilem oculum intendens, ut domi extra periculum imitentur Illum, quem *Homerus* apud *Q. Horatium*: [4]

> Utile propoſuit nobis Exemplar *Uliſſem*,
> Qui Domitor Trojæ, multorum providus Urbes
> Et mores hominum inſpexit.

Quo ipſo diſpallecit Quintum Evangelium, quod alii nomine pretioſæ κειμηλίας habent, alii ut novus Prometheus ceu Phidiæ Signum aſpectum probant FRIDERICO interim & forum externum ſeu Juſtitiam externam & forum internum ſeu Juſtitiam internam, de quibus *Jo. Sal. Brunquell* [5] curante ſatius vel adeo, ut ob id quivis cujusvis terræ cum *Dieter. Herm. Kemmerich* [6] Coronam FRIDERICO M. Pruſſiæ Regi a Deo datam

tam recte prædicet, assentiente *Andr. Gœpelico* [7] & *Mich. Gherke* [8] quid? quod prouti Concilium Provinciæ Principatus Novi-Castri & Comitatus Vallengini Anno 1707 d. 3 Novembris *Fridericum* I. R. Pr. verum Hæredem declaravit teste *Lamberto Schafnaburgensi* [9] ita NOSTRUM FRIDERICUM MAGNUM omnium terrarum glorietur.

[1] Tract. de Transactionibus, Procem. [2] IV. Annal. 33. 1. [3] Disp. de Notitia Reipubl. II. [4] Epist. I. II. [5] Dissertat. sub h. t. [6] Disp. de Corona FRIDERICO Pr. Regi ac Br. Electori data, p. t. [7] Coronis practicæ forensis Methodicæ de Emendat. ac Reformat. Judiciorum S. R. I. Conclusio Coronidis, cum jamjam *S. Strykius* in Disp. de Processibus abbreviandis per pœnam privilegiati Mendacii &c. p. 9. inveniat tunc ab eo desiderata, zumahlen modo die Richtere sich zur Redlichkeit und Gottesfurcht wenden und daher die Unordnungen und alle Mißbräuche von selbst wegfallen. [8] Disp. de Corona Regni Prussiæ Ejus Significatione Heraldica, Origine & Juribus Majestatis circa Sacra p. t. [9] Tom. IV. p. 539.

§. IIX.

De perfectissimæ Justitiæ Administrationi, quam *Henr. Ern. Kestner* [1] & *Jo. Fr. Dürrius* [2] prædicant, associanda Pietate & cœlestis veritatis ardore, quemadmodum quidem præstat tacere, quam scribere pauca; sic laudant hunc, utne tangam veteriora Augustanæ Confessionis Historia & reliquorum LL. Symbolicorum Consignationes; tot pulcherrimæ Constitutiones Ecclesiasticæ, tot saluberrimæ morum Sanctiones; tot erectæ sacræ Ædes, Libero ab Arbitrio Electoris dependentes Academiæ, quarum ineunte Seculo XV. ne unam quidem Suo Territorio intulerat, nec *Maximilianus I.* Imper. unius Electoris causa omnibus Legem præscripserat, quo minus opus erat lege, ut in Territoriis conderentur Academiæ, ubi jam florebant. Unde sat nitide *Gotl. Sam. Treuer* [3] hoc a nulla Imperatoris lege dependens Liberum Arbitrium Electoris Brandenburgici qua Academias condendas interrogando: Poteratne *Maximilianus I.* Soli Ele-

Electori Brandenburgico persuadere, ut Ille Territorium suum nova Academia condecoraret? jam decidit contra *Jo. Petr. de Ludewig* adducendo quæ *Zachar. Garzæus* [4] de *Jo. Carione Joachimi I.* Præceptore repetit, Decreto *Maximiliani I.* prorsus rejecto; exstructa Gymnasia, instauratæ Scholæ; tot egenis Studiorum Cultoribus destinata Subsidia, Pauperibus collocata Beneficia, Miseris parata refugia, Calamitosis reperta Solatia, quæ pluribus congessit *Casp. a Lilien* [5] eaque tanta, ut isthoc Eminentiæ punctum inter Principes omne, aut cum paucis & potissimis FRIDERICUM M. ferre sponte largiaris.

[1] Disp. de Justitiæ Belli & Pacis Elect. Brandenb. *Friderici*, p. t. [2] Disp. de Pietate *Friderici*, p. t. [3] Disput. d. 18. Jan. absque Anno, omnium Prima in Academia Augusta Göttingæ habendarum, de S. R. I. Principibus Electoribus nulla Lege Imperatoris adstrictis ad Academiam condendam §. 9. & 15. [4] Tract. de Rebus gestis Marchionum Brandenburgicorum, Lib. II. p. 347. [5] Cedro minioque Dignissimus Tract. de Ardore & Zelo Marggrafiorum Brandenburgensium circa Religionem & res Sacras, p. t.

§. IX.

Missa autem *Constantini M.* Pietate, qua Episcopi & Clerici abusi vel ita, ut Religio Christianorum in externas Ceremonias transierit in iisque consummata sit, Semine piorum semper excepto & latente, de quibus *Ulr. Huber* [1] qui idcirco eam ex *Eusebio* constituit totam in Libertate erga Clericos, ædificatione Templorum, Ceremoniis &c. plane fucatam & in totum externis ceremoniis affixam indicantibus assentiente *Georg. Calixto* [2] quo ipso Pietate decrescente creverint ritus, ceremoniæ, solennitates vulgi apparatibus & pompis oculos tenentibus capientes: certe vera pietate FRIDERICUS M. inspicit generaliter in Actiones Civium suorum tam circa res profanas, quam Sacras teste *Christ. Thomasio;* [3] quippe uti in Jure publico Princeps vigore Superioritatis Sibi vindicat Jus in omnes degentes in suo territorio, quid? quod cuncta bona inibi sita, nisi qua Exceptio doceri

ceri possit in contrarium; neque distinguas hic inter Subditos in Dignitate sive summa sive minori constitutos, aut inter infimi aut supremi ordinis Autore *Jo. Fr.* de *Rhez* [4] & *Gothofr.* de *Jena;* [5] Ita FRIDERICUS M. omnes actiones Civium Jure divino haut determinatas & arbitrio Civium subjectas LL. civilibus de meliori determinat, approbante *Christ. Thomasio,* [6] eo citius, quo minus Sapientipotens FRIDERICUS M. Rex Prussiæ Sapientissimus cum *Gustavo Adolpho* R. Suec. (sunt Hujus ipsissima verba) der Liefländer Erleuchtung vonnöthen hat, referente *Henr. Günth. Thülemario.* [7]

[1] Histor. Civil. Part. II. Lib. 3. Sect. I. §. 7. [2] Disp. de Baptismo §. 145. [3] Disp. de Jure Principis circa Adiaphora, §. 8. [4] Jur. Publ. Lib. II. Tit. 2. §. 16. [5] Tract. de Ratione Status, Diss. 9. Concl. 2. [6] Vindiciæ Juris Majestatici circa Sacra, §. 60. [7] Tr. de Octo-Viratu, Cap. IIX. §. 10. (*)

§. X.

Utne FRIDERICI M. Pietatem sinceram de honorando & sustentando Ministro Ecclesiæ prospicientem, teste *Christ. Thomasio,* [1] longis Logis insinuem, sane vi hujus ipsius provide inhibet Licentiam dissentientibus cum impetu & injuriis aliorum disseminandi suam Doctrinam, aut Disputationibus publicis & provocationibus permittendo quidem Confessionem liberam, cultum privatum, conventus amicos & Discursus quotidianos de Religione, in quantum non statim traducantur, ceu Conventicula & quæ fiant in fraudem Legis, asserente *Chr. Thomasio,* [2] adstipulante *Jo. Christ. Becmanno.* [3] Vitiis Cæsaro-Papiæ & Papo-Cæsariæ interim in Exilium missis fideque Carbonaria relegata, ut ita Principes, Aulici, dicente *Chr. Thomasio,* [4] Milites, Eruditi, Nobiles, Ignobiles, JCti, Medici, Philosophi, Studiosi, Mercatores, Opifices, Rustici & Sexus sequior in universum FRIDERICO M. non habeantur pro truncis & stipitibus, siqui-

dem veritatem amantes odium non curent tuti clypeo ipsius veritatis veræque Religionis.

[1] Disp. de Officio Principis Evangelici circa augenda Salaria & Honores Ministrorum Ecclesiæ §. XXI. & XXVII. [2] Problema Jurid. *An Hæresis sit Crimen?* §. XI. [3] Diss. de Jure Subditorum circa Sacra, Cap. III. §. II. seq. [4] In Programmate *Jo. Christ.* Rube Inaug. Disp. de Jure Principis circa Hæreticos annexo.

§. XI.

Quis ita Consilia FRIDERICI M. ad vitam virtuosam & Christianam tendentia, ac vires regni tenebrarum non parum debilitantia maximis encomiis non mactaret? Et cum *Chr. Thomasius* [1] jam priori Seculo gloriatus, quod in Imperio Romano Soli fere Cives Brandenburgici sibi gratulari possint de Exemplis emendati ordinis Ecclesiastici & Politici sine Exemplis; quid? quæso jamjam Summa de utriusque Perfectione restet? Certe uti omnibus omnes nativæ magis Bonitati, quam Perfectioni difficili cultura acquisitæ, ut una virtus [2] quibus splendet FRIDERICUS M. adscribi merentur; ita in Hercule Brandenburgico FRIDERICO MAGNO MAJORIBUS MAJORI a divina Providentia reservata divinæ Benignitatis admiranda opera nullus non prædicat. Quis ita FRIDERICUM M. amorem apud Populos, metum apud hostes quærentem, Autore *Jo. Georg.* Neumann, [3] sua sponte Regni Salutem venantem, dies noctesque pro Subditis in Ordine Ecclesiastico & Politico excubantem cum *Godofr.* Strauß [4] non exosculetur? Quis FRIDERICI M. incredibilis vigorem Animi, Celeritatem cogitandi agendique admirabilem, Impetum acerrimum, Felicitatem inusitatam, Autoritatem & Gratiam plane singularem nil nisi læta & prospera Regni in utroque Ordine portendentia cum *Joh. Andr. Bosio* [5] non gauderet?

[1] Conf.

[1] Conf. Disp. de Felicitate Subditorum Brandenburgicorum ob emendatum per Edicta Electoralia Statum Ecclesiasticum & Politicum, §. 6. [2] *Arn. Geulincs* Ethicæ annexa Chreia Philosophica super Sententia: Qui unam habet omnes habet Virtutes, p. m. 418. [3] Diss. de optima Reipublicæ Forma, §. XIII. [4] Thema Politic. Utrum Electio an Successio in Regno sit præferenda? §. 6. [5] Characteres beatæ Reipublicæ e Procemio Vitæ *Agricolæ* a *Cornelio Tacito* scriptæ, §. 22.

§. XII.

His accedunt Perfectiones Ceremoniarum, de quibus *Casp. Zieglerus* [1] *& Joh. Brunnemann* [2] Potestatem Ecclesiasticam inter internam & externam perfecte distinguentes. Uti autem Princeps Evangelicus omnino Jus habet circa Sacra & res Ecclesiasticas idque ceu nobilissimum Regale, de quo contra invasiones Subditorum tuendo maxime sit sollicitus, notanter differente *Vit. Lud.* a *Seckendorf*, [3] cum ita: die Landes-Fürsten des Protestirenden Theils haben sowol nach dem Grund göttlicher und natürlicher, als auch nach Zulassung der üblichen Reichs-Rechte und Satzungen, nebst dem weltlichen, auch das geistliche Regiment, so weit einer Christlichen Obrigkeit zukommt, zu führen; maßen Sie dann dieses, wie billig, seiner Vortreflichkeit und Wichtigkeit nach für das gröβte Regal oder Obrigkeitlich Recht halten und achten, und solches äusserlich zu behaupten, als die Mittel und Wege brauchen, wie wir in weltlichen Regierungs-Sachen, bey dem ersten Punct der Regierung, erzehlet; ita specialiter Princeps Evangelicus tam intra, quam extra Imperium id ipsum qua Ceremonias vi Jurium Episcopalium, quæ penes Catholicos Episcopis competunt, polit. Pertinent interim omnes Ceremoniæ ad Decorum. Hoc vel ex Lege divina oritur, vel a voluntate hominum ortum trahit. Posterius autem hoc subjacet in Regimine Arbitrio Principis sine Exceptione, teste *Eodem* a *Seckendorf*. [4] Ut adeo quemadmodum Princeps de Ceremoniis instituendis disponere, easdem & abrogare possit; Ita FRIDERICUS M. Ceremonias sat cito, sat bene pro mas-

cula Pietate, ceu virtute illa, quæ a Minutiis & Quisquiliis Scrupulosorum & Scrupulosarum sibi tempestive cavet, teste *Arn. Geulincs.* [5]

[1] Tract. de Juribus Majestatis, Lib. I. Cap. 13. §. 14. [2] Tr. de Jure Ecclesiastico, Lib. I. Cap. 2. §. 14. [3] Im Teutschen Fürsten-Staat, Part. II. Cap. II. §. 2. [4] l. c. P. II. C. 2. §. 6. [5] ΓΝΟΘΙ ΣΕΑΥΤΟΝ, s. Ethica, Tract. I. Cap. 2. §. 3. n. (2) 9.

§. XIII.

Nec est, quod cum *Bened. Carpzov* [1] objicias: Utrum idipsum Consistoriis invitis ordinet? Sane cum plus simplici vice hicce Autor in Jurisprudentia Ecclesiastica papizet & præprimis proposita Quæstione; Certe magis conformiter *Casp. Ziegler* [2] Quæstione annuit, verbis: Quomodo in cæteris ad externum ordinem, Decorum & Disciplinam facientibus, Ecclesia gubernari debeat, cum distincte non præscripserit Deus, sed Suorum Prudentiæ commiserit, dubitari non debet, Reges & Principes fideles, utpote Ecclesiæ Nutritios & Patronos magnam in iis habere potestatem. Ita usus luminum, candidæ aut alterius vestis in peragendis Sacris, Signi Crucis, Exorcismi & similium totus subjacet arbitrio humano, quamquam ubi inveteratæ fuerint ejusmodi Ceremoniæ non facile illæ sint mutandæ. Ubi tamen justa causa subest & necessitas Status Ecclesiastici id exposcit, poterunt illæ introduci aut abrogari ex Potestate Principis & Summo, quod tenet, Imperio. Quid? quod *Carpzovio Carpzovium* [3] opponas dicentem, quod Consistoria non possint inhibitiones aut præcepta decernere contra Mandata Principis & quod a Consistorio ad Principem detur Appellatio, *Idem*, [4] quia Consistoriorum non nisi delegata est Jurisdictio, *Joh. Brunnemann*, [5] Ministri vero Ecclesiæ nullam habent Jurisdictionem ceu meri Subditi, quibus gloria parendi relicta est in iis, quæ non sunt LL. divinis adversa, teste *Bened. Carpzov.* [6]

[1] Juris-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0024
DFG

[1] Jurisprud. Ecclesiast. Lib. II. Def. 247. cujus est rubrica: non consultis in Synodo verbi divini Ministris, nec convocatis Ecclesiæ Ordinibus suspicienda haut est a Principe & Magistratu mutatio vel abrogatio rituum Ecclesiasticorum. [2] l. c. h. t. I. Cap. 17. §. 1. [3] l. c. Lib. 3. Def. 14. [4] l. c. L. 1. Def. 12. n. 15. [5] l. c. Lib. 3. Cap. 10. §. 1. [6] l. c. Lib. 3. Def. 3. n. 5. sq.

§. XIV.

Ad Consistoriorum autem Perfectiones quod attinet, certum quam quod certissimum est, duo hic extrema esse vitanda, alterum ne putes, Consistoria esse inutilia, alterum ne horum potestatem nimis extollas supra Principem, aut eorum Nessitatem nobis persuasum eas absolutam. Hæc talia quidem ausit propinare *Mich. Havemann*, [1] *Christian. Weber*, [2] Sententias ejusmodi etiam *Nic. Myler* ab *Ehrenbach* [3] adstruere haut erubuit. Illi originem Consistoriorum vel plane divinam, non humanam volunt. Verum enim vero uti Ipse Megalander *Mart. Lutherus* [4] & Augustana Confessio [5] expresse contradicunt; ita vel ex propriis Sententiis penitus refutantur. De cætero qua Adiaphora *Chr. Thomasius* [6] fusius. Quare ad mentem *Joh. Strauchii*, [7] *Chr. Thomasii*, [8] *Jo. Georg.* de *Kulpis* [9] præconceptas opiniones de Duplici Principis Persona flocci habemus eo satius, quo magis citatus *Nic. Myler.* ab *Ehrenbach* [10] se prostituit Saniоribus.

[1] Ministerii Stadensis Senior in Tract. de Jure Episcopali, Tit. II. seq.
[2] Theologus Halensis in Tract. de Jure Consistoriorum, quorum utrumque *Abasv. Fritschius* Volumini de Jure Ecclesiastico inseruit.
[3] in Gamologia, Cap. IIX. [4] Tom. I. Jenens. German. Fol. 237.
[5] Cap. ult. de Potestate Ecclesiastica. [6] Disp. de Jure Principis circa Adiaphora, Cap. 1. §. 11. & Cap. 2. §. 1. sq. [7] Dissert. Acad. III. §. 36. [8] In Notis ad *Monzambanum*, Cap. 5. §. 12. lit. X. [9] ad *Monzambanum* l. c. pag. 99. [10] Tractat. de Princip. & Stat. Imperii, Cap. 86. §. 3.

§. XV.

Sed quid si totum Consistorium abroget Princeps? posse Principem hoc abrogare extra dubium omnino statuit *Joh. Brunnemann*, [1] ibique citatus *Dav. Mevius*, [2] *Sam. Strykius*, [3] *Laur. Ohm*; [4] quippe *Noribergæ* Consistorium haut est, sed Magistratus Politicus ibidem Solus Causas Ecclesiasticas definit, quod erudite defendit *Christoph. Scheurl* a *Defersdorf*. [5] *Hamburgum* quoque floret sine Consistorio, teste *Jac. Fr. Ludovici*, [6] ibique *Georg. Beyer*. [7] Tantum abest, ut præclare docente *Dav. Mevio* [8] etiam contra *Wismariam* ea de causa quis insurgat, ut potius deficiente Consistorio Causæ Ecclesiasticæ recte a Tribunali Regio judicentur, dummodo adhibeantur ad Judicium apti, seqq. ubi etiam memorat S. R. M. Sueciæ istam Doctrinam approbasse.

[1] l. c. Lib. III. Cap. I. §. 3. [2] Decis. Part. III. Dec. 415. [3] ad *Joh. Brunnemann*, c. l. [4] Tract. de Jure Episcop. Concl. 16. Lib. 1. [5] In Disp. sub Præsid. *Henr. Linkii* hab. de Judiciis Reipublicæ Noribergensis, Cap. 2. §. 11. sq. [6] Einleitung zum Consistorial-Process, Cap. 2. §. 13. [7] Posit. ff. Tit. de Jurisdict. Pos. 52. [8] loc. cit.

§. XVI.

Aliis cæteroquin Juribus Prutenicis missis in specie transvehendi Sal Halense per Elbingam & Lacum Drausum, de quo brevis ac succincta Rationum Expositio; [1] item misso jure S. R. M. Prussiæ circa Templum ad sic dictam Lindam Marianam; [2] missis Prussorum Comitiis, de quibus *Sam. Fr. Willenberg*; [3] missis juribus Muneris Thesaurarii; [4] misso jure Teloniorum, de quo *Phil. Rich. Schræder*; [5] misso jure de mensuris ejusdem *Christ. Langhausen*; [6] missa Justitia Manumissionis & Affracamentorum *Chr. Bolz*; [7] In genere de Justitia & Jure Civili Prutenico *Georg. Gruben*, [8] *Jo. Henr.* de *Havenstein*, [9] *Jo. Gotl. Olearius*, [10] *Joh. Reinh. Grube*, [11] *Zach. Hess*, [12] *Joh. Jac. Ranisch*, [13] *Guil. Hier. Brück-*

Brückner; [14] In specie qua Legitimam *Dav. Stavinski;* [15] qua Collationem Bonorum, *Idem;* [16] qua Dominium Litis *Fr. Rabe;* [17] qua Jus Succini *Phil. Rich. Schræder;* [18] qua Exheredationem *Dav. Stavinski;* [19] qua Jura Vidui *Reinh. Fr. Sahme;* [20] qua Substitutionem Matris & Aviæ *Cœlestin. Kowalewski* [21] &c. Denique de Jure feudali Prussico *Jo. Petr.* de *Ludewig,* [22] *Zach. Hess,* [23] *Fel. Fidler* [24] & *Dominicus Urban* Com. *Füeger.* [25]

1 Quibus evictum S. R. M. Prussiæ Transvectionem Salis Halensis per Elbingam & Locum Drausen in usum sibi Subditorum nullo plane jure denegari posse; Eaque ulterior, quod S. R. M. Prussiæ in Exercitio Juris sicut alias quascunque merces, ita & Sal Halense per Elbingam & Lacum Drausen in Usum sibi subditorum libere transvehendi absque omni fundamento turbetur; ac ultima & finalis Demonstratio Juris S. R. M. Prussiæ, sicut quasvis alias merces, ita etiam Sal Halense per Elbingam & Lacum Drausen in Usum & Commodum sibi subditorum libere transvehendi. 2 Expositio brevis Juris S. R. M. Prussiæ circa Templum ad sic dictam Lindam Marianam competentis. 3 Disp. de h. l. 4 Disp. de muneris thesaurarii in Prussia occidentali antiquitate, juribus & prærogativis. 5 Disp. de jure Teloniorum in Prussia. 6 Disp. de mensuris Regni Prussiæ hodiernis. 7 Disp. de justitia manumissionis & affracamentorum Prussiacorum. 8 Compendium juris Prutenici. 9 Repertorium juris Prutenici. 10 Duodecas positionum juris varii cum jure Prutenico collatarum. 11 de varia fortuna & utilitate juris Romani in Regno Prutenico. 12 De usu & auctoritate juris Romani in foris Prussiæ Ducalis. 13 Disp. de inconvenienti juris Germanici & potissimum Prutenici ex jure civili in casibus quibusdam interpretatione & decisione. 14 Disp. de præparatoriis judicii in foris Prussiæ. 15 de legitima juris Prutenici. 16 Disp. de collatione bonorum juris Prutenici. 17 Disp. de dominio litis in Prussia. 18 Disp. de jure succini in Prussiæ regno. 19 Disp. de exhæredatione juris Prutenici. 20 Disp. de juribus vidui nobilis in regno Prussiæ. 21 Disp. de eo, quod juris est in terris Prussiæ circa substitutionem a matre & avia factam. 22 Differentiæ juris feudalis communis atque Prussici. 23 Disp. de feudis Prussorum. 24 Disp. de investitura feudi Ducatus Prussiæ. 25 Speculum feudorum hæreditariorum illustratum.

§. XVII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0027
DFG

§. XVII.

Hæc cum de Juſtitia togata FRIDERICI M. glorieris, quid? quæſo cum Viro Perilluſtri *Levino Friderico* de *Bismarck* [1] non prædices de Sagata FRIDERICI in Utraque MAGNI? Certe in Pace & Bello ſemper eſt perfecta perfectior i. e. perfectiſſima Cauſas Belli & Pacis manifeſtas pariter ac occultas exactiſſime perpendens, ubi ſic *J. Cæſari* pulchrum videtur recte Romæ potius eſſe primum, quam in Municipio ſecundum, ſuis interim peritia armorum pollentibus, quippe vilius conſtet armis erudire ſuos, quam alienos mercede conducere. Quem politum Ordinem Juſtitiæ Sagatæ politioris, [2] ſi quis in Militia Pruſſorum introſpexerit, ſane videt hoc grande Imperium Eos habere Virtutis meritum, non Fortunæ beneficium. Non enim initium Illis armorum ipſum bellum eſt, nec ſolum cum uſus aut neceſſitas eſt, manus movent, in pace feriati; ſed tanquam congeniti armis nunquam Pauſam Exercitii faciunt, nec expectant occaſiones. Meditationes autem Illis ſive Exercitia nihil a vero uſu fortitudinis & audaciæ abeunt, ſed quisque quotidie miles omni alacritate tanquam a bello exercetur, quo fit, ut facillime & pene ſine laboris Senſu tollant pugnas. Neque enim vel confuſio eos a conſueto ordine amovet aut diſſipat, vel metus reddit attonitos, vel labor fatigatos. Quare ſequitur Victoria eo certius, cum in eos pugnent, qui non pariter confirmati. Nec ſane errane erraverit dicens, *Exercitia Pruſſorum eſſe Pugnas ſine Sanguine*, *& Pugnas Exercitia cum Sanguine.*

[1] Conf. *Excellentiſſimi* Dedicatio Diſp. de Jure Fœderum in S. R. Imperio Præſide *Jo. Jac. Maſcovio* habitæ præmiſſa. [2] Qualem jam antecedentis Seculi Anno 74. *Friderici Wilhelmi* Electoris Brandenburgici minorem licet gloriatur *H. G. Thulemarius* in Tract. de Octoviratu, C. XIX. §. 36. cum octoviro Palatino & Imperatori Germanico in Perſona contra Gallorum Copias in Alſatia & Rheni Tractu multorum millium militum Exercitu ſtipatus opem tulit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0028
DFG

§. XIIX.

Præsuppositа Pecunia Pacis & Belli nervo præcipuo, haut sumus solliciti de Commeatu & utrum eo falso hostem fallere liceat? de quo *Jo. Joach. Schœpfer;* [1] de armis ductilibus, de Machinis Bellicis vectilibus & Tormentis, de quibus *Gabriel Groddeck;* [2] de Clarigationibus *Dav. Lindner,* [3] quæ ad Decorum Gentium circa Belli initia spectant, teste *Gotl. Sam. Treuero,* [4] *Jo. Guil.* a *Lith,* [5] quas tamen non semper observatas fuisse apud *Hug. Grotium* constat, qui asserit pleraque bella sine denunciatione esse suscepta. De recentiori ævo id asserit *Jo. Petr.* a *Ludewig*; [6] de Ducibus horumque mandatis *Peter Müller*; [7] Præfectique Castelli officio *Jo. Joach. Schœpfer*; [8] de conscribendis militibus *Paul. Henr. Tilemann,* [9] *Johann Frid. Buddeus,* [10] *Frid. Menzius,* [11] *Joh. Christ. Leonhard*; [12] de Lustratione, Receptione & Autoritate Militum, de Distinctione Militum & Officiariorum in Militia, de Distributione Exercitus in certos ordines *Dav. Fasmann,* [13] qua Differentias autem Juris Romani & Germanici *Joh. Petr.* a *Ludewig*; [14] de Connexis Exercitus, de hoste ejusque Transitu per alienum Territorium *Wilh. Deckherr,* [15] *Mich. Rhodius,* [16] *Christ. Phil. Streit,* [17] *Jo. Abr. Schefer,* [18] *Mart. Hassen,* [19] *Joh. Arnd,* [20] *Christ. Sam. Ziegra,* [21] *Christ. Ludwig,* [22] *Jo. Jac. Müller*; [23] de Castrorum Locatione & Ductione Exercitus, de Excubiarum Constitutione *Ernst. Jo. Fr. Manzel,* [24] *Joh. Stilico*; [25] de Thessera Militari, Vexillis *Jo. Fr. Weinrichius.* [26]

1 Conf. Disp. An commeatu falso uti liceat ad fallendum hostem?
2 Disp. de eo, quod justum est, circa tormenta bellica, Cap. 1. §. 6.
3 Disp. de bellorum justitia, quæ ex indictione nascitur. 4 Disp. de decoro gentium circa belli initia, Cap. II. §. 1. 8. & 11. 5 Disp. de officio Principis circa bellum suscipiendum. 6 Comment. ad A. B. Tom. II. pag. 178: Im übrigen haben die Franzosen im vorigen Jahr-Hundert die sonst unter den Völkern übliche Weise, nach der ein Potentat dem andern zuvor durch Herolden, Bothschafter oder andere Mittels-Personen den Krieg ankündigen lassen, abgebracht. Da-

bey

bey auch den Vorwand gebraucht, wann eine Partey einen rechtmäßigen Grund zum Krieg hätte, so erfordere es die Klugheit, daß man den kürzesten Weg gehe, das ist, den Feind, ehe er sichs versiehet, zur Unzeit überfalle, und mithin denselben desto ehe zur Raison zu bringen suche. Quod autem hoc ipsum Gallis non sit adscribendum, sed potius Svecis, juri gentium stricte insistentibus & injuria jam solis disco exposita ad arma inferenda nulla prævia clarigatione aut indictione progressis, testatur *Herm. Conring* in Disputat. de bello & pace, §. 20. hoc ipsum, *inquit*, non semel observavit Potentissima Sveciæ Corona jam aliquoties bello citra denunciationem suscepto, quandocunque alteram partem lædentem scilicet latere neutiquam posset, se ut bello peteretur jam esse promeritam. Quæ eadem & provocatio ad Acta publica corroborat, siquidem *Bogislaus Philippus a Chemnitz* in historia belli Svecici, pag. 37. de *Gustavo Adolpho* ita: So viel den Kayser anlanget, erachte er gegen denselben einiger feyerlichen Ankündigung des Krieges nicht vonnöthen zu seyn, weil er in den Schranken der Defension stand, auf welchen Fall der Krieg nicht durch Herolde, sondern durch die Natur und von sich selber angesagt wird. Cum vero Cæsar literis datis de clarigatione conquereretur: Aufs wenigste hätte sich doch gebühren wollen, den Krieg vorher zu verkündigen, und nicht solcher Gestalt das Reich anzufallen, (*Bogisl. Phil. a Chemnitz* d. l. pag. 97.) Rex *Gustavus Adolphus* eodem anno respondit: Weswegen, weil er, der König, den Krieg nicht angefangen, sondern nur zur nothwendigen Gegenwehr ergriffen, keine feyerliche Kriegs-Ankündigung vonnöthen gewesen, sintemahl dergleichen Kriege nicht durch Herolde, sondern durch die Natur und von sich selber angesaget werden. [7] Disputat. de mandatis Ducum militarium. [8] Disputat. de officio Præfecti Castelli ad extrema obligati, Cap. 11. §. 3. [9] Disputat. de conquisitione militum. [10] Disputat. de officio Imperantium circa conscribendum militem. [11] Disputat. de delectu militari prudenter habendo. [12] Disputat. de armatura & apparatu hodiernæ militiæ. [13] Tractat. vom Ursprung, Ruhm, Excellenz und Vortreflichkeit des Krieges- und Soldaten-Standes. [14] Disputat. de differentiis juris Romani & Germanici in re militari. [15] Disputat. de jure aperturæ. [16] Disputat. de porta libera, Cap. 11. §. 3. seq. [17] Disputat. de transitu innoxio per alienum territorium. [18] Gedanken über den Durchzug fremder Völker durch eines andern Land und Bothmäßigkeit. [19] Dis-

[19] Disputat. de justis imminentem hostem occupandi causis. [20] Disputat. de licita medii loci occupatione ex necessitate facta. [21] Disputat. de jure belli ob transitum per alienas ditiones exercitui denegatam suscepti & ab *Hugone Grotio* Lib. II. de jure belli & pacis, Cap. II. defensi. [22] Disputat. de transitu copiarum per territorium nostrum. [23] Disputat. de jure transitus per alterius territorium ad Libr. *Grotianī* II. Cap. II. §. 13. [24] Disputat. de excubiis, Cap. I. §. IIX. [25] Disputat. de ritu περὶ τῆς φυλοφίας sive de excubiarum accensis ignibus actione. [26] Disputat. de vexillis & vexilliferis.

§. XIX.

obtigisse; nec minus Anno 1668 in Polonia, *Michaele* in Solium Regni evecto ac coronato; præprimis cum hoc ipso temporis, in eodem orbis loco tractuque, a Reginæ Fratre *Marchione Bithunensi*, Extraordinario Regis Galliæ Legato, agenti una ibidem Electoris Ablegato, omnimodus, quem a Rege cæteroquin misso perhiberi consuetudo postulat, Honor tributus sit. Exemplum quoque deprehendis Anno 1683 in Ministro Brandenburgico *Dn. Meinderſio*, iisdem Ceremoniis, quibus brevi ante Ipsum *Dn. Wellingus*, Minister Suecus fruebatur, recepto. Et quod attinet *Suecos* Coloniæ ad Spream vi §. 8. *Dn.* de *Grafenthal* pactum cum circa Titulos, tum & Receptionem Legatorum initum, ubi Elector Regi promisit, ut Ejus Legatos cum Charactere repræsentatitio iisdem Ceremoniis excipere vellet aliis Regibus quæ exhibentur; vicissim se Rex obstrinxit Legatos & Ablegatos Electorales æquali Honore regiis præstari solito mactandi. Utut juxta hæc *Hafniæ* moris olim fuit Electorales paulo minoribus Ceremoniis, quam Regios excipere, tamen *Christianus V.* Rex Daniæ adhuc bene memor arctioris Societatis *Fridericum III.* Dan. Regem inter & Electorem Brandenburgicum *Fridericum Wilhelmum* Anno 1657 d. 30 Octobr. stabilitæ, referente *Detlef. Reventlov* [2] Domino *Baroni* a *Blumenthal* Legato Electorali Brandenburgico Anno 1671 dixit, se Eundem ipsi, quem Hispanico & Anglico Legatis Honorem exhibuisse nec se quicquam in Regum Gratiam mutaturum, quod non simul in favorem Electoris Sui redundare debeat promisit, teste *Dn. Wiquefort* [3] & *Bernh. Köhn.* [4] Etsi quidem contrarium idem Regis Daniæ Ministro publico *Dn.* de *Lenthe* Anno 1676 Mense Octobri, quod Batavorum Ministro Ratisbonam Ao. 1683 venienti, contigit asserente *Gotl. Sam. Treuer.* [5]

[1] Tr. de legatis statuum imperii, Cap. 15. n. 18. [2] Disp. de nexu fœderum inter imperium Romano-Germanicum & Regnum Daniæ, Sect. IV. §. 4. [3] Memoires des Ambassadeurs, Part. II. pag. 309. [4] Diss. de statu Electorum sacri R. imperii, Thes. 35. [5] Disp. de jure statuum imperii circa legatos exteros in Comitiis, Cap. III. §. 1. ubi

ubi hoc modo: Anno 1683 ohngefehr im Martio langte ein Holländischer Ministre, Namens Valkenier, in Regensburg an, und weil er sich wegen eines gewissen Defects in seinen Credentialien nicht legitimiren konnte, blieb er lange Zeit ohne Legitimation; Item: Erstlich war (*Dn.* de *Lenthe*) seine Prætension an die Chur-Fürstl. Gesandte, die erste Visite und mit derselben ein convenables Tractement. Nachdem aber ein Chur-Fürstl. Collegium aus seinem Creditiv nicht finden konnte, daß Ihm darinn der Character von einem Königlichen Gesandten gegeben wurde, so schickte es einen Secretarium zu Ihm, und ließ fragen, weil er als ein Königlicher Gesandter wollte tractirt seyn, ob er sich auch zu einem solchen legitimiren könnte. Wie er sich nun dergestalt pressirt sahe, und wol merkte, daß er nicht fortkommen würde, adressirte er sich an die Chur-Brandenburgische Gesandschaft, und bat um guten Rath. Diese nun informirte denselben von der Observanz auf dem Reichs-Tag, und wie es Chur-Fürstl. Gesandten in einem und dem andern zu halten pflegten, und wie weit es bey dem Collegio zu bringen. Nachdem diese beyde lange und viel mit einander hierüber communiciret, und der Dänische Ministre bald dieses bald jenes Dubium erreget, erklärete sich endlich derselbe mit dem Tractement zu frieden zu seyn, so ein Envoyé würde zu empfangen haben.

§. XVII.

Ad *Curiam Romanam* quod est, videtur vix ac ne vix quidem dabilis Casus hac rerum facie, ut Elector Protestans Legatum cum vel sine Charactere Romam sit missurus. Attamen Legati Electorales si qua conveniant in loco tertio cum Nuntio Apostolico? Uti autem §. IIX. ostendimus, qvod Ipsi non cedant; ita Neomagum veniebat *Aloysius Bevilaqua*, Patriarcha Alexandrinus Nuntii Officio functurus. Cum itaque Cæsarei ac Hispanici Legati cuperent, ut Ipsum recens advenientem visitarent Brandenburgici, certe tamen Elector desuper consultus respondit, si Nuntius parem Iis in visitatione exhibiturus esset, quem exhibeat Cæsareis ac Regiis Sui Ipsum visitarent. Rationes hujus absolutissimæ Responsionis affert *Sam.* de *Pufendorf.* [1]

[1] l. c. Lib. XV. §. 39.

§. XVIII.

Ad alia Capita Coronis cincta aut His pro æqualibus se gerentia, ut *Moscum*, *Chamum Tartaricum* & *Maroccæ* ac *Fessæ* sive Regem sive Principem, quod est, quemadmodum quidem rarissimum sit, quod Elector Legatos ad Hos miserit; attamen *Friderici Wilhelmi* Rebus gestis & Magnitudine permoti Tartari & Maroccani Legatos Berolinum misere, quorum ratione qua Ceremonias perfectiores Ipsis exhibendas Elector minus cogitavit. De *Mosco* vero, qui nomen Zaar, qvasi Cæsar retinere amat, Hic ipse omnino Legatis parem aliis Regibus exhiberi solitum Honorem debet; quem & ab initio scrupulosus licet præter rationem *Baroni* tamen *Eulenburgico* ab Electore Brandenburgico ablegato exhibuit Autore *Sam.* de *Pufendorf.* [1]

[1] l. c. Lib. VI. §. 31.

§. XIX.

Quibus præmissis alia Occasione Electorales Legati nunquam non præ *Belgis* locum potiorem occuparunt. Sic in Anglia *Princeps Nassovius* & Dn. *Weimannus* Legati Brandenburgici proxime juxta Legatum Hispanicum Rege Equites creante, Nassovius collocatus est supra Belgicos, Autore *Sam.* de *Pufendorf.* [1] Nec minus in Coronatione *Caroli II*, cum Rex proponeret, ut uterque veluti Privati in Æde Sacra comparerent, Hi Brandenburgici id repudiantes, simul tamen favore Magistri officiorum prius in Sacellum accesserunt loco suo occupato, Belgis abstinentibus, teste *Eodem.* [2] Quid? quod ad Tractatus Pacis Olivensis missus ab Electore Brandenburgico *Dn.* de *Hoverbec* semper fuit prælatus Legato Belgico Extraordinario. Utne de Illustrissimo Exemplo Anno 1685 mentionem injiciam, ubi Ablegatus Brandenburgicus *Dn.* de *Spanheim* ob solennem Actum in Theatro Stragulis exornato ac in gratiam Legatorum ædificato honoratiorem Locum præ Ablegatis Belgicis sibi tribuit; cum contra Ablegati Electorales *Dn.* de *Blaspiel*, *Dn. Romswinckel*, *Dn.* de *Dieft*, *Dn.* de *Ruck* & alii Ablegati Extraordinarii Brandenbur-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0056
DFG

denburgici iisdem amplioribus Cæremoniis gauderent, quibus Regii Ablegati. Quemadmodum & apud Helvetios Legatis aut Ablegatis Electoralibus comparentibus Hos illi qua Honorem Regiis exæquant omnino, quippe Anno 1672 Electorales Brandenburgicos Ablegatos *Dn. Comitem* de *Dona* & du *Pleſſis Gouret* iisdem ceremoniis, quibus Gallicos, exceperunt.

[1] l. c. Lib. IX. §. 23. [2] l. c. ibid.

§. XX.

Ita Legatis Electoris Brandenburgici neque prima Viſitatio neque potior Locus hodie negetur, wie dann 1658 Mſr. de la *Tuillerie*, Königl. Franzöſiſcher Ambaſſadeur, die vier Chur-Fürſtl. Brandenburgiſche Geſandten im Haag; Anno 1666 Mſr. de *Lombres* die Chur-Fürſtl. Ambaſſade zu Oliva, ſo in drey Perſonen, und Anno 1669 der Cardinal *Bonzi* die Chur-Brandenburgiſche Geſandſchaft, ſo in zwo Perſonen beſtanden, durchgehends gleich tractiret, und einem ſowol die Hand als dem andern, imgleichen die Excellenz gegeben. Præprimis autem notes quæ ad Titulum: *Excellentiæ* non inappoſite affert *Cæſarinus Fürſtnerius*, qui eſt *God. Guil. Leibniz*, [1] teſte *Jo. Jac. Moſer.* [2] Miſſa tempore Coronationis Cæſareæ æquali Altitudine Menſæ Electoralis, de qua *Adrian.* von der Myle n; [3] miſſoque Crimine læſæ Majeſtatis, de quo *J. E. Crüger*, [4] & miſſa Electoralis Hæredis Ejusque Primogeniti, de quo *J. Chr. Lünig* [5] & *Frid. Ludov.* S. R. I. *Comes* de *Solms* & *Tecklenburg.* [6] Ætate juſta ac legitima, cum tamen contra eam *Johannis* Electoris Filius *Joachimus* Annos tantum ſedecim natus Anno 1499 Regimen totius Territorii ſuſcepit, notante *Jo. Cernitio*, [7] utut expreſſe cautum annotante Addictionatore *Eleutheropol.* ad *Sever. Monzambanum* ſeu *Sam.* L. B. de *Pufendorf* [8] & *Joh. Wolfg.* Rentſch, [9] ne ipſum in Exemplum traheretur; circa Jus Eligendi Imperatorem occurrit, quod etſi quidem ex A. B. Tit. 1. & 28. §. 6. Elector in propria Perſona comparere teneatur, impedimento autem juſto detentus, alius officio uti non prohibeatur d. §. 6. A. B. neque rectius ſentiente

Erico Mauritio [10] impedimentum juramento juſtificet, quod fruſtra intendit *Carol.* von Hagen; [11] utne dicam quod Elector alteri Electorum votum eligendi committat hicque ita duplici voto gaudeat, teſte *Theod. Reinking*, [12] aut Elector ipſe Comitem vel Baronem Legatum mittat, qui ita ceu Caput Legationis Conclave Electionis (die Chur-Cammer) intret & inibi votum Principalis reddat omniaque ad ſolennem Actum Quæſtionis ſolus ſemper perficiat. Tantum abeſt, ut dubitet more antiquo mittere Extraneos, quippe teſtantibus Actis Europæis Publ. [13] & *Panc. Lampadio* [14] idipſum Electio Imperatoris *Leopoldi* Anno 1658 teſtetur, cum Elector *Fridericus Wilhelmus* vices ſuas principales Sereniſſ. Principi *Dn. Johanni Mauritio*, Principi Naſſoviæ demandavit, cui adſtiterunt *Rabban* de *Canſtein*, *Frid.* de *Jena*, *Comes* de *Sayn* & *Wittgenſtein*, *Lazarus Kittelmann* Legationis Adjunctus etſi quidem uni tantum ex Illis conclave Electionis intrare, votum ac Seſſionem habere concedatur, teſte *Jo. Theod. Sprenger*; [15] Item in Electione Regis Romani *Joſephi*, cui licet quinque Sereniſſimi Electores in Perſona præſentes fuerunt, tamen notum eſt, quod Elector *Fridericus III.* vices ſuas principales demandaverit Illuſtri *Sylveſtro* de *Danckelmann*. Ubi inſimul obſervandum, quod Elector etiam vel ante inveſtituram, cum hæc non tribuat jus novum, ſed antiquum tantum renovet, admittatur ad Conventus tam Electorum quam Principum vi A. B. Tit. 20; quod & contigit *Joachimo Friderico* Anno 1598 & *Friderico Wilhelmo* Anno 1641, teſte *Aug. Viſcher*. [16]

[1] Tract. de Jure Suprematus ac Legationis Principum Germaniæ, Cap. 47. [2] opuſculorum Academic. Programmat. III. §. 10. (*) [3] apud *Melch. Goldaſtum* in Politic. Imperial. Part I. [4] l. c. Part. Spec. Membr. I. Diſc. IX. §. 1. [5] Reichs-Archiv, Part. Spec. Continuat. II. IVte Abth. 3te Abſ. p. 45. [6] Diſp. de Majoratu, §. XII. [7] In Familia Elector. Brandenburg. p. 28. [8] de ſtatu Imper. German. Cap. 4. §. 4. [9] Brandenburg. Cedern-Hain, p. 432. [10] Diſp. de Origine Electorum, Cap. 2. Theſ. 9. [11] Inſtitt. Jurisprud. Rom. Im-

Imper. Lib. 2. Cap. 1. §. 21. [12] Tract. de Regimine Secul. & Eccleſ. Lib. 1. Claſſ. 3. Cap. 3. §. 16. [13] p. 49. [14] In den politiſchen Reichs-Händeln, Art. 28. [15] Jur. Publ. Lib. 1. Cap. 29. Simile eſt Exemplum *Ludovici* Regis Bohemiæ, qui ad Electionem *Caroli V.* Imperat. quinque Legatos miſit, quorum tamen non niſi unus isque *Ladilaus Sternebergerus* ad Electionem admiſſus, teſte *Melch. Goldaſto* in politiſchen Reichs-Händeln, Part. I. Tit. 17. [16] De Electione Regis & Imperat. Romani, Concl. XI. n. 64.

§. XXI.

Haut inſimul omiſſa differentia, quam Elector conſtituit, Autore *Juſto Aſterio*, qui eſt *Hugo Grotius*, [1] inter Electionem Imperatoris & Regis Romani ſive ordinariam & extraordinariam in Secretis Imperii Capitulationibus fundatam, non hac vice attendimus Caſum *Nicol.* de *Book Waldemari* Electoris Legati ad Electionem *Friderici* Auſtriaci, non *Ludovici* Bavari miſſi, de quo *Alb. Cranz* [2] contra ea ſtrictius Electoris Commiſſa obſervante *Barone* de *Blumenthal* in Electione *Ferdinandi IV.* Imper. teſtante Autore *Anonymo*. [3] De Cætero qua diſtinctionem inter Legatos primi & ſecundi Ordinis in Comitiis Imperii, aut primarios & ſecundarios *Jo. Jac. Maſcov*; [4] quæ differentia inter Legatum ſecundum & ſecundarium ſi obſervata fuiſſet, cum ſi plures mittuntur cum Charactere, ubi unus primum locum occupat & loquitur coram Principe, eoipſo reliqui non ſint ſecundarii ſ. inferioris Ordinis, ſed ſecundi, aſt Dignitatibus & cæremoniis æqualibus mactandi, teſte *Jac. Brunnemanno*, [5] certe in Conventu *Hamburgenſi* tam acres Controverſiæ de hac re non ortæ eſſent, quippe Legatus Brunſvigo-Cellenſis primarius Legato Secundo Brandenburgico de Præcedentia litem movebat inutiliter, referente *Jo. Georg.* de *Kulpis*, [6] Electori autem mira viſa eſt iſta res, dicenti, daß dieſe Prætenſion um ſo vielmehr ungegründet und neuerlich ſey, weil dergleichen Diſpüt von gedachtem Fürſtl. Hauſe niemals moviret worden, ſondern vielmehr mit vielen Actibus auch der ſich noch vor wenigen Jahren in eodem Loco & inter eas-

dem

dem Personas zugetragen, klärlich dargethan werden kann, daß Ihr Primus Deputatus unserm Secundo jedesmal, und ohne einige Difficultät gewichen. Discrimine vero interim inter primum Legatum & Ejusdem Collegas [7] dudum antiquato.

[1] Examen Comitiorum Ratisbonensium sive Disquisitio Politica de Electione Regis Romani, pag. 38. [2] Lib. IX. Saxon. Cap. 8. [3] Relationis Electionis *Ferdinandi IV.* §. 7. [4] Principia Jur. Publ. Imperii Romano-Germanici, Lib. VI. Cap. IV. §. 22. & 24. [5] Disp. de Jure Ceremoniali circa Legatos, §. 32. [6] Tr. de Jure Legatorum, Cap. 15. §. 1. p. 410. [7] Capitulatio *Caroli VI.* Imper. Art. 3. Nachdemmalen sich auch eine Zeitlang zugetragen, daß ausländischer Potentaten, Fürsten, Republiquen Gesandte, und zwar diese unter dem Namen und Vorwand, als wären die Republiquen für gekrönte Häupter, und also denenselben gleich zu achten, an denen Kayserlichen und Königlichen Höfen und Capellen die Præcedenz vor denen Churfürstl. Gesandten prætendiren wollen; so sollen und wollen Wir inskünftige solches weiter nicht gestatten. Wäre es aber Sache, daß neben den Churfürstl. Gesandten, recht-titulirter und gekrönter, regierender ausländischer Königen, Königlichen Wittwen oder Pupillen, (denen die Regierung, so bald Sie Ihr gebührendes Alter erreichet, zu führen zustehet, und immittelst in der Tutel oder Curatel begriffen seyn,) Botschafter zugleich vorhanden wären; so mögen und sollen zwar dieselben den Churfürstl. Gesandten, diese aber allen andern, auswärtiger Republiquen Gesandten, und auch denen Fürsten in Person, ohne Unterscheid vorgehen; und unter Ihnen, nemlich denen Churfürstlichen Gesandten, Primi Ordinis, es mögen auch deren mehr als Einer seyn, an Unserm Kayserlichen Hof, auch sonsten aller Orten, in und ausser dem Reich, keine Distinction mehr gemachet, sondern allen und jeden gleiche Honores in allem, wie denen Königlichen Gesandten, gegeben werden.

§. XXII.

Sunt autem Absentis Electoris Legati habitu isto Electorali non vestiti, uti constat ex Electione *Matthiæ* Imper. ubi Legatus Brandenburgicus *Adamus Gans Nobilis Dn.* de *Putliz* ob luctum nigris vestibus indutus & longo pallio amictus cum aliis Electoribus ad Ecclesiam debito Loco & Ordine æquitabat, attestante

testante idem Relatione Electionis *Ferdinandi III.* Imper. apud *Bened. Carpzov.* [1] Quo ordinario habitu etiam tempore Electionis *Ferdinandi IV.*, decorati fuerunt Legati Electorales Brandenburgici, *Christ. Ad. Thuldeno* referente, [2] *Autore Theatri Europæi* [3] & in Electione *Leopoldi* Imper. *Johannes Mauritius* Nassoviæ Princeps, Legatus Electoris Brandenburgici non Electorio, sed consueto vestitu incessit, teste *Autore Theatri Europæi.* [4] Etsi autem Catholici Missæ Celebrationem de forma substantiali Electionis habeant eaque omissa eam vitiari putant *Franc. Marcus*, [5] *Jo. Georg. Kieffer;* [6] quinimo A. B. [7] omnium Præsentiam Electorum injungat; attamen suam Sententiam dixit Elector Brandenburgicus, daß Sie die Messe nichts angehe, wollte der auch keine Reverenz thun, sed potius interim in proximum Conclave secessit, quemadmodum primitus factum Francofurti ad Moenum in Electione *Maximiliani II.* Anno 1562 d. 24. Nov. ceu referunt nobile par fratrum *Nic. & Adam Heiden.* [8] Id quod etiam factum in Electione *Rudolphi II.* d. 27. Octobr. 1575 Ratisbonæ ab Electore Brandenburgico; *Matthiæ* Francofurti ad M. d. 3 Junii 1612 a Brandenburgico Legato, vi Relationis Electi *Matthiæ; Ferdinandi II.*, ibid. d. 18 Aug. a Legato Electorali Brandenburgico.

[1] De Lege Regia, Cap. II. Sect. 9. n. 25. [2] Histor. Lib. II. p. 71. [3] ad Annum 1653. Tom. VII. pag. 358. [4] Tom. IIX. p. 471. [5] Part. I. Decis. 1250. [6] de S. R. I. Electorum Origine & Potestate Qualificatum Romanorum Regem eligendi, Quæst. XXI. [7] Cap. II. [8] In Histor. Electionis *Maximiliani II.* apud *Melch. Goldastum* Politic. Imperial. Part. I. pag. 148.

§. XXIII.

Quodsi hac occasione Cuidam suboriatur: Quid de Læsione Legatorum Exterorum in Territoriis Statuum contingente statuendum? An in illam in Comitiis inquiri, eaque decidi debeat? Illi inserviat ipsa Occasio Quæstionis hujus, quam præbuit *Comes* de *Posset*, Svecorum Ablegatus Extraordinarius in Aula

Regis Prussiæ. De qua Legatus Svecicus in Comitiis versans Jussa Regis Sui Anno 1724 Legatis ibidem junctis Libellum exhibebat hoc titulo: Pro Memoria, so der in Comitiis zu Regenspurg befindliche Königlich-Schwedische Gesandte der Hochlöblichen Reichs-Versammlung wegen der an dem Königlichen Preußischen Hof zu Berlin erfolgten Arrestirung des allda subsistirenden Königlichen Schwedischen Extraordinair-Envoyé Orts mit daran zu seyn, daß Sr. Königl. Majest. zu Schweden, als welche in Dero Ministri Person so empfindlich angegriffen worden, eine zulängliche und billige Satisfaction desfalls gegeben werde, *Autore* der Staats-Canzeley. [1] Quæstio ita de Jure cognoscendi hac de Controversia mota ad Comitia Imperii non spectabat, quippe lis inter liberas nationes fuerit, quæ liberæ Comitiorum Imperii Autoritati sese non subjicerent; præprimis cum tantum eo pertineant Lites inter Status Imperii exortæ, non autem cum Exteris subortæ. Quemadmodum etiam Regi Hispaniæ Electorem Brandenburgicum *Fridericum Wilhelmum* Anno 1680 in Comitiis accusanti Injuriæ, quam Sibi Naves surripiendo quasdam, æs suum vindicaturus intulerat Elector causas interserens respondit: Gentes non habere alium Judicem, qui Illis Debita exsequatur, quam arma teste *Sam.* de *Pufendorf.* [2] Quæ eadem læsioni Legatorum Exterorum in Territoriis est ratio; quippe Sententias hac in causa Comitia Imperii non ferant, nisi Partes litigantes in Ordinum Imperii ceu Arbitrorum Decisum compromiserint. Ipse itaque Svecorum Legatus hoc negotium Comitiale esse recusavit. Querelas enim in Conversatione duntaxat cum Legatis Ordinum Imperii colloquendo proferens, earum tamen per Dictaturam publicam nequicquam ad Imperium retulit, teste *Eodem Autore;* [3] Interim Rex Prussiæ in Rescripto ad Legatum Ratisbonæ commorantem misso quam solidissime hanc Controversiam ad Comitia haut pertinere innuit: die Sache gehörte nicht auf den Reichs-Tag, sondern müßte de *Roi* a *Roi* ausgemacht werden, wenn es deswegen mehrere Weitläuftigkeit gebrauchte, wozu jedoch Se. Königl. Majest. keine Raison fünden.

[1] Tit.

[1] Tit. XLIII. p. 742. [2] Rerum Brandenburgicarum Lib. XIIX. §. 10. [3] l. c. der Staats-Canzeley, Tit. XLIII. pag. 742. & Tit. XLV. pag. 588.

§. XXIV.

Sic porro Præeminentia Electoralis qua Libertatem Potestatemque absolutam Juris Capitulandi cum Electo Romano Rege vel Imperatore sese insinuat. Uti autem τὸ Capitulatio alias die Frankfurtische geschworne Pacta, der Kayserliche Wahl-Brief; in Gravaminibus Passavii Anno 1550 die Kayserliche Obligation audit; aliisque aliter ceu *Francisco Irenico* [1] des Kayſers Recht-Wahl-Articul; vel aliter *Gabr. Schweder*; [2] ita omnino certam constantemque Cæsaream Capitulationem vi Dispositionis Art. 8. §. 1. & 3. [3] aut in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1653 d. 16 May hucusque non videas, rationem annotante Autore Comitiolog-Ratisbonensis, qui est G. v. H. vom Adel seu *Gottlieb* von Hagen [4] & *Jo. Jac. Mascov.* [5] Siquidem Anno 1663 in Comitiis etsi exhibita sit Delineatio Capitulationis perpetuæ, tamen languendo tractatio mox intermissa est Electoribus interim cum *Josepho* non ad modum exhibitæ Delineationis pacisentibus, sed Leopoldinam sequentibus. Nec sub *Josepho* A. 1709 tentatum negotium longe processit, morte Imperatoris 1711 interrumpente idipsum. Etsi quoque postea accedebat delineatio perpetuæ Capitulationis [6] in quam eadem Capitulatione [7] Anno 1712 *Carolus VI.* Imper. vi Promissionis conficiendam ut Ordines incumberent effecit; tamen novæ Difficultates ex improviso moram injecerunt. Jure adcapitulandi Electoribus interea reservato, quo nomine venit facultas pro ratione Temporum novas Conditiones adjiciendi, quem in modum etiam cum Imperatoribus *Carolo VII.* [8] & *Francisco I.* [9] adornatas Capitulationes videas.

[1] In Collegio Jur. Publ. Part. III. Disc. V. [2] Introductio in Jus Publ. Part. I. Cap. 2. §. 10. [3] Instrumenti Pacis Cæsareo-Svecici

Anno 1648 Osnabrugis confecti. 4 De Anno 1654, Part. IV. Diſſ. ult. 5 l. c. Lib. I. Cap. IV. §. 6. 6 Præfatio der gegenwärtigen Verfaſſung der Kayſerlichen Regierung &c. 7 Capitul. Carolina, Art. 30. 8 Capitul. Art. 30. 9 Capitul. Art. 31.

§. XXV.

Miſſo jure Coronandi Imperatorem (ubi Hic non a Coronationis, ſed Electionis tempore annos Regiminis numerat) *Carolus V.* Primus Inaugurationem Italicam & Romanam, teſte *Henr.* de *Cocceji*, [1] prætermittendo Germanicam elegit; miſſa Coronatione in ſe ipſa non ratione Exigentiæ ſed Expedientiæ neceſſaria, approbante eam Ordinatione Imperiali A. B. [2] Laudabili Conſvetudine [3] & jurata Promiſſione teſtantibus inſequentibus Capitulationibus; miſſo Officio Electoris S. R. I. Archi-Camerarii des H. R. R. Erz-Kämmerers [4] ita a Camera, quæ olim Cubiculum audiebat, non autem a Camera, quatenus locum, in quem Reditus referuntur, ſignificat, dicti qua Sceptrum, Regium Illud Inſigne ac Imperii Gubernationisque Symbolum, quod vicarius, qui eſt *Princeps* de *Hohenzollern*, antecedens præſentem Electorem Palatinum immediate ante Imperatorem præfert; Certe Conſenſus Electoralis ad indicanda ab Imperatore Comitia non de Civilitate indifferente, ſed de Neceſſitate fieri debet, quin alias ea ipſa indicta ſint ipſo jure nulla. Quinimo invitis omnibus vel diſſentientibus pluribus Comitia plane non haberi poſſint contradicente licet *Cæſarino Fürſtenerio* ſeu *God. Guil. Leibniz*, [5] cum potius die Anmerkung ſonderbarer und gnugſamer Erheblichkeit Electorali Autoritati ſubjaceat. Quid? quo re & neceſſitate Imperii urgente Comitia Cæſari ex prædicta Autoritate ſuadere & ita indicendi Imperialis Conventus cujus fidem facit Receſſus Ratisbonæ Anno 1641 habitus, cauſa eſſe poſſunt Electores. Alia affert *Jo. Wolfg. Textor* [6] nauci habitis quæ *Hippol.* a *Lapide* ſeu *Bogislaus Phil.* a *Chemniz* [7] ſibi fingit.

[1] Jur.

1 Jur. Publ. Prudentia, Cap. 8. §. 21. 2 Cap. XXV. §. invenimus. 3 De Anno 1566, Præf. ibi: Löblichen Gebrauch. 4 A. B. Tit. IV. & alleg. Tit. XXVII. §. 3. 5 De Jure Suprematus & Legat. Imper. German. Cap. 42. 6 Tr. de Ratione Status Germ. Modern. Cap. 13. 7 Non *Alexius* de *Oxenſtirn*, non *Joach. Dranſem*, quomodo alii volunt; Quem *Bogisl. Phil.* a *Chemniz* autem refutarunt *Joh. Henr. Bœcler* in Animadverſionibus in *Hippol.* a *Lapide* Diſſ. de Ratione Status Imperii Romano-Germanici & *Jo. Slüter* in Animadverſionibus in Ejusd. *Hippol.* a *Lapide* Diſſ. de Ratione Status I. R. G.

§. XXVI.

Utne de Præconſultatione Cæſaris cum Electoribus de Tempore, Loco, Cauſisque Comitiorum, in quibus vi Capitulationis *Leopoldinæ* Art. 5, apud Cæſarem *Leopoldum* cum apparerent Electoris Brandenburgici Legati *Liber Baro* de *Marenholz* & Illuſtr. Dn. *Godofr.* de *Jena* & audirentur Juſſu Illius uterque Caput texerunt, brevi licet intervallo pileum iterum detrahentes. Quos Supremus Marechallus *Starenbergius* ad infimas ſcalas, dato Excellentiæ Titulo, *Porcia* ſupremus Aulæ Præfectus ad ſupremas ſcalas exceptos in anterius Conclave deduxit, ubi ſupremus Camerarius *Lambergius Comes* Eos excepit protinus de Horum Adventu Cæſari ſingnificans, Autore *Sam.* de *Pufendorf;* aut de Unione & Comitiis Electoralibus *Ewald* de *Herzberg.* - - - Hac ratione adductus *Fridericus Wilhelmus* Palatino Electori ſuppetias tulit Anno 1674, & Invictiſſimus Rex FRIDERICUS MAGNUS defuncto gl. mem. Imperatori & Electori Bavariæ *Carolo VII.* auxilio miſit Exercitum, cujus ope recuperaverat avitas Ditiones, quibus aliena vi exutus erat, uti oſtendunt Edictales Literæ a POTENTISSIMO REGE NOSTRO ad Status Sileſiæ Superioris directæ Anno (1745) die nona Januarii; aut de jure inſtituendi Conventus Electorales, Chur-Fürſten oder Collegial-Tage mentionem injiciam, certe jus conſtituendi, concedendi, extendendi prorogandive vectigalia, nec non concedendi

dendi Stapulam utrique Imperatoriæ & Electorali Autoritati commune eminet. Quare cum Anno 1653 d. 15. Decembr. Ratisbonæ *Julio Henrico* Duci Saxoniæ-Lauenburgensi augmentum veteris vectigalis in Albi zu Lauenburg, Ertlenburg und Eißlingen a *Ferdinando III.* Imper. fuerit concessum, Serenissimo Electore Brandenburgico *Friderico Wilhelmo* a Duce Saxoniæ Reversales datæ, daß von dieser Zoll-Erhöhung Sr. Chur-Fürstl. Gnaden zu Brandenburg Güther, Dero Räthe, Unterthanen, Diener und Zugewandte mit Ihrem Haab, Waaren und Güthern, wie die Namen haben mögen, durchaus exemt und in keinerley Weise beschwert, sondern allerdings davon befreyt seyn, und sowol in der Auf- als Nieder-Fahrt allemal passiren sollen und mögen &c. assentiente Herzog *Julii Henrici* Recess. de dato Cöln an der Spree, d. 3. Julii, 1654. Quorsum & spectat, quod Serenissimus Elector Brandenburgicus vi specialis Privilegii *Friderici V.* de Anno 1456 in suis terris ac regionibus pro arbitrio non tam nova vectigalia, sed & vetera augere queat. Verba Diplomatis sunt: - - - also, daß Sie nun hinfüro in Ihren Chur-Fürsten- und Fürstenthümern der Mark zu Brandenburg, der Burggrafschaft zu Nürnberg und in Ihren Landen, wo Sie die itzt haben, oder hinfüro überkommen, Ihre Zölle, die Sie itzt daselbst haben, nach Ihrem Gefallen erhöhen, die überlegen, und auch in denselben Ihren Landen, wo, wenn und wie Sie des Verlust, Zölle von neuen auffsetzen, und auch auf Wein, Bier, und anders, das man in Ihren Landen gebraucht, und durch Ihre Lande führt, Auflage nach Ihrem Gefallen machen und nehmen &c. Quibus addi potest *Joh. Theod. Sprenger*, [1] *Joach.* a *Schepliz* [2] & *Jo. Frid.* de *Rhez.* [3]

[1] Lucerna moderni status imperii, Cap. 2. p. 108. [2] Ad Constit. March. Brandenburg. Part. IV. Tit. 5. §. 3. ubi invenis Reversales *Johannis Sigismundi* Electoris Brandenburgici de Anno 1612. [3] Institt. jur. publ. Lib. I. Tit. 13. n. 4.

§. XXVII.

§. XXVII.

Quod etiam Electoris Consensus ad concedendum ab Imperatore Privilegium cudendæ monetæ requiratur eo citius ostendit *Herm. Conring* ad & contra *Lampadium*, [1] quique hunc sequuntur *Jo. Henr. Bœcler*, [2] item *Bened. Carpzov*, [3] quo satius alia Exempla annotavit *Phil. Andr. Burgoldensis*, [4] cum alias specialiter in usum publicum inventa Imperatorum larga Concessione in privatorum transiisset compendium, judicante *Tob. Paurmeister*. [5] Quare Capitulationibus Cæsareis & quidem primum *Rudolphi II.* Imperat. [6] insertum expresse, ne ulli citra Electoralem Consensum Statui Jus Monetandi concedat. Quibus etsi *Anton. Hanffmann* [7] quidem Limitationem annectere annisus est; attamen judice *Joh. Limnæo* [8] verba inibi Regulam generalem, quæ nullam Limitationem admittit, continentia dicto Autori recte contrariantur. De cætero Potestas cudendæ Monetæ, quam Status & Ordines Imperii habent non jure Superioritatis territorialis, kraft Hoher Landes-Fürstlichen Obrigkeit, seu non est ex eo, quod Principes sint & Principatibus gaudeant, ut nonnullis videtur; sed ex Privilegio & speciali Concessione tunc Cæsarea, nunc Electorali, cum qui hodie sine illa monetam cudere audeat arbitrarie juxta Ordinationem Criminalem *Caroli V.* Art. 3. puniatur.

[1] De republica Romano-Germanica, Part. III. Cap. XIV. §. 2. [2] In notitia S. R. I. Lib. IV. Cap. I. [3] Tr. de lege Regia, Cap. 12. §. 8. [4] Ad instrumentum pacis Osnabrügo-Monasterienſis, Part. I. Disc. X. §. 15. [5] De jurisdict. imperii Romani, Lib. I. Cap. 4. §. 26. [6] Capitulat. Art. 29. [7] Disp. de Re Monetaria (quæ exstat Vol. II. disputt. Basil.) Resol. 6. Lit. A. [8] In Annotat. ad capitulat. *Matthiæ*, Art. 34. §. 2. 3. seq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0067
DFG

§. XXIIX.

Qua Consilium & Consensum Electoralem ad Collationem Reinfeudationemque Feudorum Regalium omnino necessarium, sane die dem Reich eröfnete und ledig heimgefallene Lehen, quocunque modo contingant absque Electorali Consensu & Assensu reinfeudare & ad alios transferre vel Expectantias concedere nequaquam fas est, siquidem idipsum in Capitulatione Cæsarea ut præcipuum Electoralis Collegii expresse voraus bedungen, approbante Capitulatione *Ferdinandi IV*, uberius *Leopoldi*, Art. 30, *Josephi* Art. 29. & insequentibus Capitulationibus *Caroli VI*, *Caroli VII.* & *Francisci I.* Unde cum Anno 1628 Duces Mecklenburgenses *Adolphus Fridericus* & *Joh. Albertus*, quod Daniæ Regi *Christiano IV.* contra *Ferdinandum II.* militanti adminiculati essent ex Megapoli expellerentur, Germaniæ tunc Sejano, *Wallensteinio* Ducatu collato, Elector Brandenburgicus gravissime protestatus est, partim quia contra Capitulationes Cæsareas; partim quod in Marchiones Brandenburgicos Ducatus sit transferendus, cum His ipsis de Successione in Feudum hoc vacuum jam dudum cautum fuerit a Cæsaribus Electorum Consensu & *Ferdinandi II.* Anno 1622 Confirmatione. Ad quas justas Querelas Principum cum *Ferdinandus II.* in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1630 præsens non auscultaret, etsi quidem consultabatur de Pace, Potestate *Wallensteinii* & Ducibus Megapolitanis *Mich. Casp. Londorp* [1] Rex Sveciæ *Gustavus Adolphus* eos in Avitas Ditiones Anno 1631 restituit, *Ferdinando II.* non solum istam Restitutionem in Pace Pragensi 1634 approbante, sed & in Instrumento Pacis Art. 12. *Ferdinando III.* confirmante.

[1] Actor. Public. Tom. IV. Lib. I. Cap. 17.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0068
DFG

§. XXIX.

Quæstionem autem illam: Utrum Electoratus vocans ad Imperium devolutus ab Imperatore absque Consensu Electorali in alium transferri possit? alii etsi componant, ut *Ben. Carpzov*, [1] *Dom. Arumæus*, [2] *Joh. Adelzreiter*; [3] tamen alii idem ipsum contra priora nonnisi Mæandrum quærere dicunt. Utne mentionem injiciam de Reinfeudatione Electoratus Brandenburgensis per mortem *Jodoci* Marchionis Moraviæ Imperio aperti 1415 in *Fridericum V.* Burggravium Norimbergensem & Comitem modo Principem Hohenzollerensem, de quo *Casp. Peucer* [4] & *Joh. Cernitius*. [5] Quodsi autem Translatio quædam Electoratus Consensui Electorali non usque quaque legitima videatur, ceu in antecedentis Seculi Anno 23. d. 25 Febr. eandem ratione Electoratus & Palatinarum Ditionum ad Bavarum Brandenburgicus observabat, siquidem per modum Intimationis, non Consultationis proposita erat; certe Imperator Sibi habebat, quæ Elector Brandenburgicus, teste *Mich. Casp. Londorp*, [6] monebat: Ihro Kayserl. Majest. vergebe kein Lehen, auch keine Städt, so sich erlediget, ohne Vorbewust der Churfürsten: und wie vielmehr da eine Churfürsten-Würde und so vornehme Reichs-Lehen sollten conferiret werden, wollte vonnöthen seyn, daß es mit Vorbewust und Consens zuginge.

[1] Ad l. regiam, Cap. 7. Sect. 3. §. 27. [2] Ad A. B. Disc. 4. Thes. 16. [3] In Sua Anno 1644 contra *Joh. Joach.* a *Rusdorf*, Vindic. Palat. edita Assertione Electoratus Bavariæ, Cap. I. p. 1. [4] Lib. V. Chronic. in Sigismundo. [5] in Decem e Familia Burggraviorum Noribergensium Elect. pag. 17. ubi insimul Investituram pleno Consensu Electorali Anno 1417, d. 18 April. in Concilio Constantiensi factam cernere licet. [6] l. c. Tom. II. Lib. VI. Tract. 24.

§. XXX.

Quibus præmissis de Quæstione: An bona & Provinciæ Imperii irrequisito Imperatoris Permissu & voluntate ab Electoribus alienari & oppignorari possint? nobis minus sollicitis, quippe ex seipsa facilis sit intellectu, scilicet negative, exceptis tantummodo Archi-Ducibus Austriæ, ut & Marchionibus Brandenburgicis, attestante *Jo. Franc. Winter*, [1] ibique *Lud. Petr. Giovanni*, qui est *Jo. Petr.* a *Ludewig*, [2] insinuat se alia: Quousque Potestas Electoralis se extendat circa Bona ac Feuda Imperialia absque Consensu Imperatoris acquirenda? In Marchia Brandenburgensi quidem Feuda sine Consensu Electoris a Vasallo vendita aut quocunque modo alienata Electori cedunt, teste *Joach.* a *Schepliz*, [3] cum non sufficiat Consensum petere, sed impetrare. Attamen plurimi sufficere tacitum Consensum Domini testantur in Alienatione vel Oppignoratione Feudi, Autore *Frid. Prückmann* [4] & *Andr. Fachin;* [5] Item de Electorali Immunitate ab Exsolutione Laudemii sive Taxæ pro Investituris Feudorum suorum Electoralium aut de Consensu Electorali ad Bannum Imperiale, de hoc quidem R. I. de Anno 1559, §. damit dann hinfüro &c. & Art. 27. Capitulat. *Josephi* indicant: wäre es aber Sach, daß die That an sich selbst ganz notorisch und offenbar seq.: So wollen wir jedoch auch in diesem Fall mit Zuziehung des H. R. Reichs erstgemeldetermaßen un-interessirter Churfürsten, ehe und bevor Wir zu der würklichen Achts-Erklärung schreiten, communiciren und ohne Deren erfolgten Rath und ausdrückliche Einwilligung damit nicht verfahren. Ad *Ferdinandi II.* autem inter alios etiam in *Johannem Georgium* Marchionem Brandenburgicum absque Consensu Electorali Fulmen Banni evibrantis pruritum quod est, de quo *Frid. Hortleder* [6] & *Mich. Casp. Londorp* [7] tantum aberat, ut post Prælium Pragense iratum Victorem timeret aut curaret, ut potius alia occasione Literæ Electoris Brandenburgici ad Imperatorem *Ferdinandum II.* d. 12 Januarii, 11 & 23 Febr. Anni 1623, de quibus

M. C.

M. C. Londorp, [8] cum *Fridericus V.* Elector Palatinus Electoribus insciis, Brandenburgicoque ita inscio in Conventu Ratisbonæ dicto Anno 1623 exauctoraretur & ipsa Hujus Exceptio hæc vellet: Es würde auf diese Weise ein Churfürst und andere Stände des Reichs weit deterioris Conditionis als ein Edelmann in Polen seyn, dann derselbe nicht, als auf offenem Reichs-Tage, in die Acht erkläret werden könne.

[1] Disp. de Prærogativa Electorum S. R. I. circa acquirendas absque specifico Imperatoris Consensu Terras Imperii, Cap. I. §. IV. [2] Germania Princeps, Lib. I. Cap. 4. §. 18. [3] l. c. Part. I. Tit. 8. §. 3. 4. n. 1. 2. [4] Consil. 15. §. 42. [5] Controvers. Lib. VII. Cap. 8. verb. Sed Contraria. [6] Der R. K. und K. Majest. auch des H. R. R. Geistl. und Weltl. Stände Handlung vom teutschen Krieg Kayserς Carl. V. wider die Schmalkaldische Bundes-Oberste &c. Tom. I. Lib. III. Cap. 16. pag. 29. 30. [7] In Act. publ. Tom. I. Lib. 6. Cap. 2. [8] l. c. pag. 1068.

§. XXXI.

Jure Præsentandi Assessores in Camera Imperiali uti Singuli gaudent Electores; sic omnino gaudet Elector Brandenburgicus duos Augustanæ Confessionis Assessores præsentans, vi Instrum. Pacis Art. V. §. 52. & R. I. de Anno 1654, §. 23. & 169, quorum cum FRIDERICUS M. ceu Elector cum aliis Statibus præsentationem simultaneam non habeat, sed pro Se præsentat: Sane secus est si considerentur Status Imperii Jus simultaneæ præsentandi in Suis Circulis habentes, prouti Elector Brandenburgicus tanquam Burggravius Noribergensis in primo Circulo; tanquam vero Marggravius Brandenburgicus in Sexto Circulo simultaneam præsentationem habet, referente *Paul. Gamsio.* [1] Missa cæteroquin Potestate Electoris Brandenburgici in puncto Legitimationis, quippe *Joachimus II.* aliquem legitimavit, qui postea in Collegium der Gewandschneider zu Witstock receptus est, te-

ſte *Phil. Knipſchild* [2] & *Joach.* a *Schepliz:* [3] eminet Electoris Poteſtas Nobilitandi, Autore *Jo. Fr. Troppannegero,* [4] ſiquidem *Joachimus I. Abdiam Prætorium* nuptias cum *Sabini* Filia celebrantem Ipſe præſens in Numerum Equitum Auratorum cum *Lamperto Siſtelmeiero*, *Alberto Tuhemio* cooptavit, referente *Nicol. Leutingero*; [5] ita & in Suprematus Welaviæ Anno 1657 d. 19 Sept. Facti Teſtimonium *Fridericus Wilhelmus* Elector in Pruſſia Viros Excellentes *Calovios*, *Wickardos*, *Dennemarkios* donavit Nobilium nomine ac jure, teſte *J. B. Becmanno.* [6] Utne de *Friderico I.* Johannem Klein Anno 1708 nobilitante [7] aut de FRIDERICO M. *Nobiles*, *Barones* & *Comites* creante multa afferam, cum horum Numerus tantus, quantus meritorum ſit. Jam non attento Jure Electorali in deponendo Imperatore, ſane Reſignatio Imperatoris privative Dignitati Electorali fieri debet, excluſis Pontifice & Imperii Principibus aliis, teſte *Panc. Lampadio.* [8] Miſſoque Vicariali Jure, quod vacante Imperio ad Electores Saxonicum & Palatinum pertinet, quocirca idipſum hac vice Silentii peplo involvimus. De cætero etſi Jus Saxonicum in Marchia Brandenburgenſi hodie ſit penitus abrogatum & civile una cum propriis *Pridericianis* Conſtitutionibus per omnes FRIDERICI M. Terras practicetur, moderante *Pruſſorum Ariſtide* Perilluſtri *Sam. Libero Barone* de *Cocceji*; attamen vicariatus Saxonicus ſe eo extendit cum non quæras, utrum ibi Jus Saxonicum vigeat, ſed an olim obtinuerit, Autore *Phil. Andr. Burgoldenſi.* [9]

[1] In Commentario ad R. I. de Anno 1654. §. 26. (l.) [2] Tr. de Jurib. & Privileg. Civit. Imperial. Lib. II. Cap. IV. [3] Tr. de Conſuetud. Marchic. Part. IV. Tit. 15. [4] Diſp. de Poteſtate Electorum circa Jus nobilitatem Subditis Suis conferendi. [5] De Marchia Brandenburgica ejusque Statu in Ejus Commentario Cap. III. Part. IV. [6] Notitia Dignitatum, Diſſ. XI. Cap. 2. n. 2. [7] Noſtrum Penſum XII. Διανοηματος Στȣδεντικȣ, Nobiliſſimus Ἀπάτωρ καὶ Ἀμήτωρ ex Seipſo natus, Sect. III. §. VII. [8] De Republica

publica Romano-Germanica, Part. III. Cap. 2. §. 9. [9] Instrum. Pacis Osnabrüg-Monaster. Part. I. Disc. 19. §. 8.

§. XXXII.

Verum quorsum rapior? Invaluit Nomen & Potentia Marchionatus Brandenburgici ex *Alberti* Ursi tempore. *Ludovicus* Marchio e Bavarica Domo Spem in Pomeraniam inito cum Duce Pacto asseruit. *Carolus IV.* Imperator Provinciam Brandeburgicam Familiæ Suæ acquisivit, Filius autem *Sigismundus Fridericus* Burggravio Noribergensi ex Gente *Zollerana* acquisitam concessit. Sub qua stirpe Electoratui maxima incrementa Potentiæ mira Principum in acquirendo solertia & felicitate accesserunt. Prussiæ Ducatum *Johannes Sigismundus* obtinuit, Ducatum Clivensium juste occupavit. *Fridericus Wilhelmus* extinctis Ducibus Pomeraniæ ulteriorem Provinciam in Compensationem citerioris vi Pacis Westphalicæ Svecis concessæ, Præsulatus Magdeburgensem, Halberstadiensem, Mindensem, Caminensem accepit. *Fridericus I.* Regium Titulum Prussiæ addidit, eumque statim Auctibus novis Novi Castri in Burgundia & Geldricis Accessionibus mactum ornavit. Misso ex Hæreditate *Wilhelmi III.* Regis Magnæ Britanniæ cum aliis Dynastiis Principatu Mursiæ, Rex *Fridericus I.* potitus Sedino. Majora Augmenta nactus est FRIDERICUS M. felicibus per Silesiam armis, ubi Silesia inferior cum Comitatu Glacensi acquisita in Pace Vratislaviensi Anno 1742, Frisia Orientali accedente, Insignibus cæteroquin expectavis in alios Ducatus Spes instruentibus, quæ & alia jam ante commemoravi. [1]

[1] Conf. Sect. I. §. VI. VII.

§. XXXIII.

Alia ut mittam, siquidem alias si quæ FRIDERICUS M., *Rex Prussiæ*, *Elector Brandenburgi* non solum in Imperio & Germaniæ Oris, sed & in exteris Regnis & Provinciis, Polonicis Belgicisque terra marique jure possit & polleat, Oceanum ingrederer, nulla tranandum aut pervestigandum Ingenii imbecillitate. Cæterum tot ac tam insignium Jurium Regaliumque radiis coruſca Regnatrix Hæc Domus, ut nil supra, splendet, accedentibus magis ac magis plurimis singulariter excellendi præpollendique Rationibus. De Principalium autem Fastigiorum universi Orbis Prærogativis & Exsuperantiis ad invicem Judicium & Censuram *B. S.* a Stofchens [1] proponit scite. De Vestutate Generis in cana mihi esset eundum Secula, ubi cum non exacte pateant, Veneratione potius ut Deorum initia, quam curiosa indagine perquiras de Majorum Gloria plures pacatæ bellicæque Virtutis *Heroes*, plures *Achilles*, plures *Nestores*, plures *Cicerones* tantum abest ut ulla Gens dederit, ut potius Huic cedat; de *Actis* & *Factis* nobiliora Heroicæ Contentionis Specimina, altiorum Victoriarum Monumenta, insigniora Trophæa testantur; Missis aliis Majoribus, quam ut enumerari & describi possint, Deus T. O. M. atque Trinunus faxit Unus Omnibus Omnia FRIDERICUS M., *Rex Prussiæ*, *Elector Brandenburgi* infinito Robore circumdatus nihil imbecillum, nihil fragile sentiat; contra Casus stet invictus ac sospes, tot Munimentis insistens, tot Culminibus exsuperans, tot Ornamentis Dignationum, tot Prærogativis explendens ævum omne evincat, Justitiæ Togatæ & Sagatæ Asylum, Christiani Orbis Præsidium, Europæ Columen, Totius Mundi Decus, Lumenque Fulgentissimum.

[1] Prâcedenz-oder Vorder-Recht aller Potentaten in Europa, p. 2. sequ.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Vivat! ita, ut paucis denique multa, quid? quod Omnibus Omnia indigitemus, *Vivat!* FRIDERICUS MAGNUS, Rex Prussiæ in Regno, Elector in Imperio *Vivat!* ubique Gentium. *Vivat!* Magnorum Principum Sanguis, Inclitorum Heroum Progenies, Glorioſiſſimorum Avorum Proles & Imago Expreſſiſſima. *Vivat!* & Ætatis Suæ Annos non uno unius Seculi ambitu delimitet innumeros potius numerando. *Vivat!* fauſto Pede pergat eo, ubi Ampliſſimum Virtuti Ejus Togatæ & Sagatæ Theatrum toto Orbe emicat. *Vivat!* Laureis Triumphisque antecedentibus, concomitantibus, conſequentibus, ut ita videant præſentis juxta ac futuri temporis, Virtute FRIDERICI M., cujus *Vivat!* vivimus, *Jani* portas clauſas, *Pacis* valvas apertas.

Quare Quivis Gentium, Quivis Pruſſorum, Quivis Brandenburgicorum ad Morem Friſiæ Orientalis de FRIDERICO M. non tam nomine dubius:

Ob mehr Sein Heer, ob mehr Sein Geiſt
Groß und unüberwindlich heißt?

Quam nomine & omine ſibi certiſſimus:

Daß Geiſt und Heer zum Streit gerüſt,
Groß und unüberwindlich iſt.

Sicut Populus Romanus *Tito* Imperatori Romano; ita acclamat *Feliciter* FRIDERICO MAGNO:

De noſtris Annis TIBI Jupiter augeat annos.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn884344290/phys_0080
DFG

§. XXXIV.

ita, ut paucis denique multa, quid? quod Omni-
indigitemus, *Vivat!* FRIDERICUS MAGNUS,
in Regno, Elector in Imperio *Vivat!* ubique Gen-
vat! Magnorum Principum Sanguis, Inclitorum
ogenies, Glorioſiſſimorum Avorum Proles & Ima-
ſima. *Vivat!* & Ætatis Suæ Annos non uno unius
u delimitet innumeros potius numerando. *Vivat!*
pergat eo, ubi Ampliſſimum Virtuti Ejus Togatæ
heatrum toto Orbe emicat. *Vivat!* Laureis Tri-
antecedentibus, concomitantibus, conſequentibus,
t præſentis juxta ac futuri temporis, Virtute FRI-
, cujus *Vivat!* vivimus, *Jani* portas clauſas, *Pa-*
ertas.

Quivis Gentium, Quivis Pruſſorum, Quivis Bran-
um ad Morem Friſiæ Orientalis de FRIDERICO M.
nine dubius:

mehr Sein Heer, ob mehr Sein Geiſt
ß und unüberwindlich heißt?
ne & omine ſibi certiſſimus:
ß Geiſt und Heer zum Streit gerüſt,
ß und unüberwindlich iſt.

is Romanus *Tito* Imperatori Romano; ita acclamat
IDERICO MAGNO:

noſtris Annis TIBI Jupiter augeat annos.